



Presented to
Library of
Swarthmore College
by
[illegible]
'94.

D. JACOBI WELLERI
GRAMMATICA GRÆCA NOVA,

Ante à

B. ABRAHAMO TELLERO

Quod ad Dialectos attinet completa, post autem ab ipso Auctore indicibus

LOCUPLETATA.

In hac verò novissima editione

SYNTAXIN

&

ACCENTUUM RATIONEM

breviter & dilucidè proposuit


LAMBERTUS BOS,

Ling. Græc. in Acad. Franeq. Profess.



AMSTELÆDAMI,
Apud R. & G. WETSTENIOS.

MDCCXV.


HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

LECTORI
BIBLIOPOLÆ
S. D.

EOrum, qui de Grammatica Græca ſcripſerunt, numerus eſt fere infinitus; adeo multi cupiverunt innoteſcere Græcitatis laude. Inter eos autem non multi virorum doctorum albo calculo digni habentur, quum quidam aut alios compilaverint, aut ſua ipſorum inania commenta ſtudioſis obtruſerint, aut denique ex facili difficilem nobis Grammaticam Græcam reddiderint diſtinctionibus & exceptionibus plusquam philoſophicis.

Hoc modo dum quisque eam invadit, quaſi publica materies

factum est Grammaticæ Græcæ studium; donec eruditissimus quisque, sibi & suis prospiciens, artem eam ex publica privatam fecere; non aliter ac factum est in Latinitatis studio, quod tum demum cœpit enitescere, quando cœptum est. a viris præstantioribus in caussas Linguæ Latinæ inquiri. Quin autem inter illos, qui perpoliverunt Grammaticam Græcam jure quodam suo non infimo loco recensendus sit WELLERUS, non est quod quisquam dubitet, si favorem publicum, quo opus Welleri jam ante plures annos fuerit exceptum, &, quæ ex isto favore orta est, multorum exemplarium paucos intra annos venditionem, respexerit.

Noluimus eâ de caussa diu in officinis desiderari librum, quo scholæ publicæ non libenter carerent;

& ideo prelo hunc librum, per ſe ſatis commendabilem, tradidimus denuo. Noluimus tamen, quod ab aliis fieri amat, cum nova hac noſta editione nova etiam vitia typographica, aut ſi quæ alia errant, propagare, & hoc modo ſub ſpecioſo titulo φιλέλλεσι fucum facere cum noſtri nominis detrimento; ſed antea curavimus, ut prioris editionis exemplar perlegerent viri Clariſſimi & Græcæ linguæ doctiſſimi L. Bos, & H. Pollius, quorum alter in Academia Franequerana ſumma cum laude Græcam linguam profitetur, alter in ſcholâ Daventrienſi Rector jam multis annis optime de juventute meretur.

Hoc modo purgatum editionis prioris exemplar prelo ſubjecimus non tantum; ſed addidimus præ-

terea Obſervationes ſingulares de Syntaxi Græca & Accentibus concinnatas a viro præſtantiſſimo, quem modo laudavimus L. Bos. Quemadmodum enim dies dicitur docere diem, ita quoque in ſtudiis Linguarum, dum inquiritur in cauſſas regiminis vocum, multum viri docti profecerunt, poſtquam aliqua lux cœpit affulgere in ſupplendo voces, quæ ſolent vulgo reticeri, quæque ad intelligentiam ſtructuræ orationis unicè neceſſariæ ſunt. Hæ ipſæ præclari viri obſervationes, ut ut breves, teſtimonio ſunt veriſſima eſſe, quæ diximus.

Per eas itaque potuiſſet facile ex Welleriana Syntaxi & regulis Accentuum reſecari quidquid clarius & verius in Obſervationibus Cl. Bos occurrit, verum malui-

mus aliquid huic editioni ſupereſſe quam deeſſe; non ignari cuique ſcholæ ſuam eſſe conſuetudinem in explicando, quibus jam diu vel ipſi præceptores adſueverunt, regulas, atque ea de cauſſa Welleri labores integros exhibemus, ſed egregia acceſſione auctos.

Operis totius œconomia ut conſtaret, tabulam Synopticam adjecimus, ex qua Lector certior fiet de ordine, quo Wellerus eſt uſus. In doctrina Welleriana de Augmento obſervari velimus, non ſatis rectè etiam in eo loco Augmenti Attici vocales conjunctim exhiberi, quæ ſuo demum loco fuiſſent inſerendæ, quod nos monuit Cl. GREVEN ſcholæ Groninganæ Rector meritiſſimus, cui etiam debes, Lector, quod in tironum gratiam formationes tem-

 porum

porum Verborum in fine hujus operis, multo clarius quam fieri ſolet, vides exhibitas.

Gratos hoſce noſtros labores fore omnibus, quibus L. Græca eſt cordi, non eſt quod dubitemus, quum nobis ipſi ſimus conſcii non infeliciter omnia, quæ faciunt ad præſtantiam editionis, quæ chartâ, literis, emendatione errorum typothetarum, cenſeri ſolet, eſſe curata. Vale.

LECTORI

Εὖ πράττειν!



Quod, Lector honorande, ex vetustissimi Ebraeorum Ben-Syræ, quem Jeremiæ nepotem statuunt, proverbiis inprimis fertur: סבא בביתא סימנא טבא בביתא. Senex in domo signum bonum est in domo: *Id & in Literis humanioribus suum habere locum, nemo inficias ibit.* Mentibus enim hominum, *ut B. Forsteri verba mea hîc faciam,* hoc naturâ est insitum, ut, quæ vetera sunt & antiqua, ament, affectent, admirentur, suspiciant. Videtur siquidem illis inesse quoddam Numen & Majestas quædam, *adeo, ut sint, qui, non dicam in rem domesticam, sed in ipsam vitam, mores & religionem nimis prodigi inveniantur, dum antiqua lustrandi amore maria & terras circulentur. Verum enim vero super cautæ prudentiæ* ἐσκαμμένα κηδῶσι σφόδρα, *qui* ἀρχαιότερα διφθέρας *videre & proferre modo gaudent, licet ea* ἀληθῶς παλαιὰ καὶ ἀρχαῖα, *ut his verbis sensu* Aristophanis *frequentissimo utar, esse noverint. Unde quod ipsorum non fuit, vel ob novitatem condemnant, ne à veritate, sed antiquitate se suaque metiri & suspendere cogantur. Hinc factum est, ut* per traducem antiquitatis commendaretur ipsa sæpe fallacia, *ut Augustinus juste conqueritur.* Veritas *vero, ut* sempiterna & antiqua res est, ita &

 an-

antiquior omnibus, *ut illud Tertullianum huc trabam.*

Hæc cum ita se habeant, & ea, quæ à me in Grammatica hac Nova proferuntur (nisi enim plurima essent mutata, novum non foret Opus, ut Excellentissimus quidam Vir & Græcus ad me scripsit) satis antiqua esse putes, nec novitatis accuses, quod veritatis religione teneri, rem si penitus & ἄνευ προκρίματος inspexeris, senties, vel certe iniquum erit quærere vestigium post oculum, *ut Arabes proverbio dicunt. Quotusquisque enim est,* ut à Numero Declinationum & Conjugationum initium faciam, *qui quando ad Linguam Græcam discendam animum applicat, non totus exhorrescat ejusque difficultatem ferè insuperabilem habeat, quando decem vel undecim Declinationes, & tredecim, exceptis adhuc Anomalis, in Lingua Græca dari Conjugationes audiat, cum tamen Conjugatio tantum sit una, & Declinationes tres.*

Rationes igitur à me mutati numeri si requiris, has habe evidentes.

I. *Extra omnis controversiæ aleam apud omnes emunctioris naris viros positum existimo,* Affectionem cujusvis Disciplinæ Generalem Generaliter esse tractandam. *Hinc ita: Quæcunque Affectio omnibus decem vel undecim (tot enim vulgò Grammatici statuunt) Declinationibus, Verbo, quin & reliquis Orationis partibus est communis, illa Generaliter est tractanda, nec novam & peculiarem in* 1. 2. 3. 4. *&c. Declinationibus*

nibus Contractis & verbis Circumflexis Anomaliam parere poterit. Sed fuga concursus Vocalium, unde Declinationes Contractæ & Verba Circumflexa oriuntur, est talis Affectio. Ergo:

Majorem ἠλέκτρου ἤ σιδωνίας ὑέλȣ διαφεγγεςέραν, *ut cum Luciano loquamur, ducimus.* Minor *verò satis superque in ipso Libro probata est. Quî enim fit, quod in Declinationibus Simplicibus, & quidem Prima pro* ἀπελλέης, ἀπελλέȣ, ἀπελλέῃ *&c. in Secunda pro* ἀργυρέα, ἀργυρέας, ἀργυρέᾳ, *&c. in Tertia pro* νόος, νόȣ, νόῳ *&c. in Quinta pro* μείζοες, μειζοας, *pro* χρυσόεντος, χρυσόεντι, *&c. dicatur* ἀπελλῆς, ἀπελλȣ͂, ἀπελλῇ, ἀργυρᾶ, ἀργυρᾶς, ἀργυρᾷ, νοῦς, νοῦ, νῷ, μείζους, χρυσοῦντος? *&c. nisi quia Græci sunt admodum studiosi, ne fiat concursus Vocalium.*

Sic in Compositis ob eandem rationem pro κακόεργος, εὐνόεχος *dicitur* κακοῦργος, εὐνοῦχος *in Simplicibus pro* κέαρ, ἀοιδὴ, ἑςαὼς *communiter* κῆρ, ᾠδὴ, ἑςώς.

Pro λέγουσι αὐτὸν, πάντα ἔλεγον, καὶ ἐκεῖ, τὸ ὄνομα, *ob concursum Vocalium communiter est* λέγουσιν αὐτὸν, πάντ' ἔλεγον, κἀκεῖ, τοὔνομα, *&c. Næ igitur & in Particulis Indeclinabilibus Declinationes Contractæ erunt concedendæ!* ἄτοπον!

II. *Alterum meum fundamentum hoc est: Ubicunque nulla est Differentia Terminationum, ibi nova Declinatio vel Conjugatio fingi non debet. Sed in quinque Declinationibus Contractis & Verbis Circumflexis nova Differentia Ter-*

Terminationum à Simplicium & Barytonorum diversa non datur. Ergo &c. Majorem omnes Grammatici confirmant, qui Declinationes & Conjugationes per Terminationum varietatem describtum eunt. Minor vel tyronibus est nota. Manet ergò Conclusio.

III. *Tertium, ut alia argumenta silentii peplo involvamus, ex Loco Absurdorum ducimus, sic concludentes: Si Contractio peculiares Declinationes & Conjugationes parit, utique, quot erunt Contrahendi Modi, tot erunt Declinationes.* Εὔδηλον! *ideo enim Declinationes Contracta & Conjugationes Circumflexa dantur, quod vel in omnibus, vel in quibusdam Contractionem suscipiant. Jam vero non quinque, sed duodecim & plures dantur Contrahendi Modi. Ergo non decem, sed viginti & dua, annumeratis Simplicibus, quin plures Declinationes erunt statuenda. Minorem probamus; quia in Declinationibus Simplicibus Prima, Secunda, Tertia, Quinta, &c. dantur nomina, qua Contractionem suscipiunt; qua tamen Grammatici ad nullam Contractorum Declinationem hactenus retulerunt, nec, salvis suis hypothesibus, referre possunt. Exempla modo vidimus. Necessario igitur vel mutilus erit Grammaticorum Numerus, quod nonnemo in sua Grammatica parte prima probe advertit, & Sextam præter rationem & Communem sententiam excogitavit; vel fundamenta nostra nobis erunt concedenda,* ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Sed inquis, à me sic satis esse demonstratum,

Con-

Contractionem novas Declinationes non excludere, attamen ternario meo quinarium Grammaticorum residuum non respondere. Proinde scias, Declinationem Primam & Secundam in unam classem esse conjungendas. *Et hujus rei indicio nobis sit.* I. *Quod Latini eas Terminationes quatuor sub unam revocarint Declinationem.* II. *Quòd uno tantum in Casu varient. Ob unius vero Casus diversam Terminationem diversas fingere Declinationes, an non sit Entia præter necessitatem multiplicare, alii judicent.* III. *Quod & Quinta Declinatio sic esset duplicanda, cum quorundam in Accusativo & Vocativo, nec non Genitivo, satis nobilis Terminationis diversitas detur.* IV. *Quod nec Latini Terminationes has sub unum Commune domicilium referre potuissent. Differunt enim & hic nonnulla Terminatione.* V. *Quod sic eadem Declinatio prima ob ejusdem Casûs diversam Terminationem in duas esset divellenda. Nomina enim in ᾶς Genitivum non in ȣ, sed in ᾶ, more Dorico, formant, ut: σατανᾶς, Genitivo τοῦ σατανᾶ, 2. Thess. 2. 9. 1. Timoth. 5. 15. Apoc. 2. 9. Ut* VI. *silentio præteream, non sine ταυτολογίᾳ easdem Regulas in Prima & Secunda Declinatione sic fore proponendas, quod an non sit Hyperi vertigine agitari, dispiciant alii.*

De Declinatione Quarta, *quam ad Secundam reducimus, adeo non est, cur laboremus, cum* 1. *omnium Grammaticorum consensu sit plane Attica, & ex Tertia Grammaticorum Declinatione orta.* 2. *Optime ad Secundam Nostram*

revocari possit, unicô fundamento, quod tamen Atticis in aliis pluribus commune est, substructô, ut docetur in Grammatica. Nec obstat, quod dentur Nomina in ως, quæ in Nostra Secunda non occurrant. Siquidem 1. *vix tot erunt, quot ostia Nili, aut portæ Thebarum.* 2. *Commodissimè per Analogiam ad Secundam reducuntur. Analogicam vero ejusmodi formationem si negaveris, næ in Linguis Orientalibus hospitem te profiteberis!* 3. *Sunt & hæc Vocabula Attica à Communibus recepta.* 4. *Et* σατανᾶς *in Genitivo tantùm habet* σατανᾶ *&* πῆχυς *more Attico* πήχεως, *& alia, nec tamen exinde novæ Declinationes sunt ortæ, sed istud Anologicè ad Primam, hoc vero ad Tertiam reducitur.*

Ex quibus præterea patet, cur Conjugationum multitudinem ad unitatem revocaverimus, nec diversitatem earum per multos anfractus & ambages, certasque Literarum Characteristicarum Primæ, Secundæ, Tertiæ, Quartæ, Quintæ, &c. classes longè descripserimus, cum 1. *Una tantum omnium sit Terminatio, Verbaque in* μι *tantum in Præsenti Indicativi Activi peculiari & novâ gaudeant Terminatione, ut dicetur inferius.* 2. *Ipsum Futurum Primum à Præsenti in omnibus Conjugationibus uno & eodem modo formetur, à quo Perfectum unâ eâdemque ratione in omnibus dependet, ut vel triginta Grammaticorum Regulas, quæ ingenium fere obruere possent, in unam summâ cum jucunditate collectas habeamus.*

Hæc de Numero Declinationum & Conjugatio-

tionum. Ubi præterea inter Generalia alia scitu dignissima, quæ Grammatici partim omiserunt, partim Specialiter tradiderunt, ratione tamen mutationis non adductâ invenies. Dicimus enim τέτυφα hinc τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, τέτυφθον, &c. λέλεχα hinc λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, λέλεχθον, &c. ἤκουκα, hinc ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται, ἤκουσθον, &c. ubi vides φ modo in μ modo in ψ modo in π denuò in φ mutari: χ nunc in γ, nunc in ξ, nunc in κ, transire: σ, nunc assumi, nunc perire, nec Grammatici, quos quidem hactenus vidimus, causam istius rei nobis expressam dedére, cùm tamen hæc omnia ex Generali Græcæ Linguæ natura dependeant, ut demonstratur in Grammatica fusè.

In Terminatione Verbi assignanda ea adhibuimus compendia, ut, qui Præsentis Indicativi Terminationem noverit, ille unâ eademque opera omnium Futurorum, nec non totius Conjunctivi Terminationem habeat exploratam. Qui perspectam habeat Terminationem Imperfecti, illum Aoristi Secundi, quæ eadem, latere non poterit, unde vix tria Tempora, quorum Terminatio sit peculiaris, residua manent.

Quantum negotii Verba in μι dicta tyronibus exhibeant, noverunt omnes, qui aliquid in hac Lingua noverunt. Nostra tamen Methodo si institeris, næ vel unius horæ spaciô omnia Verba in μι absolves, quod non assererem, nisi id aliquoties non sine fructu discentium præstitissem.

Doctrinam Accentuum, cum hîc plerisque & in hac Lingua non adeò peregrinis aquam hærere videamus, nonnihil fusius persecuti sumus, ut his imbutus, eò facilius reliqua usu tibi comparare possis. Unum adhuc habeo, quod te, Lector, moneam, non esse præceptis explicandis diu inhærendum, sed tantum Generalia, charactere majori impressa, breviter esse proponenda. Ex analysi enim, ubi ne jota est omittendum, quin ex Grammatica demonstretur, cur res se hôc, & non alio habeat modo, Grammatica est addiscenda, & non à Præceptis, sed ab ipsa Lingua initium faciendum.

Hæc sunt inprimis, Lector Honorande, in quibus seorsim sentio. Nulli tamen Doctorum hic litem moveo, aut bellum indico, nec Antiquos de ponte præcipitare aut cornicum oculos transfodere allaboro, sed simpliciter, quid statuam, profero, cessurus de facili, si meliora & compendiosiora, huc enim labor noster, docueris. In Schola enim veritatis pulcrum est & vinci & vincere. Vale.

Pagina 1.

Objectum grammatices sunt voces considerata.
- Vel absolutè in Etymologia.
  - Constituendæ
    - Literæ. S a. p. 120.
    - Syllabæ. bid.
  - Constitutæ
    - Accidenter. Sect. 1.
    - p. 62. . p. 122.
    - n. ibid.
    - m. ibid.
    - 3.
    - minatio-
    - Essentiater. Sect gulari.
    - p. 90. 128.
    - egulari.
    - 130.
    - ectum.
    - um.
    - amper-
    - .
- Vel respectivè in Syntaxi.
  - Nominum. p. 2 us. I.
  - Verborum, quæ us. II.
  - Adverbiorum. p
  - Præpositionum.
  - Conjunctionum

Σὺν τῷ Θεῷ.

GRAMMATICA GRÆCA.

1. GRammatica Græca eſt habitus minùs principalis, Græcas voces, earumque Affectiones conſiderans, ut purè loqùi & ſcribere Græcè queamus.

2. Objectum *igitur Grammaticæ ſunt* Voces.

3. *Conſiderantur vero* Voces *vel* abſolutè, *vel* reſpectivè.

4. Abſolutè *quando conſiderantur*, ſunt *vel* conſtituendæ, *vel* conſtitutæ, *certis Affectionibus exornandæ.*

5. *Quatenus* Vox *ut* conſtituenda *conſideratur, eatenus in ea debent conſiderari* Literæ, *& ex his conflatæ* Syllabæ, *de quibus Sect. I. Cap. I. & II.*

Sectio Prima.

CAP. I.

DE LITERIS.

I. Literas *Græci noſtro nunc tempore* habent 24.

Nomen.	*Figura.*	*Poteſtas.*
Alpha	Α, α	a
Beta	Β, β, ϐ	b
Gamma	Γ, γ, ɼ	g
Delta	Δ, δ	d
Epſilon	Ε, ε	e breve.

A Zeta

Zeta	Z, ζ	z
Eta	H, η	e longum
Theta	Θ, θ, ϑ	th
Jota	I, ι	i
Kappa	K, κ	c
Lambda	Λ, λ	l
My	M, μ	m
Ny	N, ν	n
Xi	Ξ, ξ	x
Omicron	O, ο	o
Pi	Π, π, ϖ	p
Rho	P, ϱ, ρ	r
Sigma	Σ, C, σ, ς	s
Tau	T, τ, ̓7	t
Ypsilon	Υ, υ	y
Phi	Φ, φ	ph
Chi	X, χ	ch
Psi	Ψ, ψ	ps
Omega	Ω, ω	o magnum.

pag. 36. II. Dividuntur Literæ in Vocales & Consonantes; Græci illas dicunt φωνήεντα, scilic. γράμματα; has verò σύμφωνα.

III. Vocales *sunt vel* simplices, vel è simplicibus compositæ.

IV. Simplicium (*quæ Vocales* κατ' ἐξοχὴν *dicuntur*,) sunt septem, α. ε. η ι. ο. υ. ω.

V. Compositæ (*dicuntur aliàs Diphthongi*,) vulgò numerantur duodecim, eæque

Vel { Propriæ: αι. αυ. ει. ευ. οι. ȣ.
Impropriæ: ᾳ. ῃ. ῳ. υι. ηυ. ωυ.

Punctum subscriptum dicitur Jota, quod in majusculis literis ad latus poni solet, ut: Ωι.

VI. Sub-

VI. Subdividuntur verò Vocales hæ ratione Quantitatis & Qualitatis.

VII. *Ratione Quantitatis* in Longas, Breves, Ancipites. p. 331

1. Longæ *sunt ex simplicibus* η *&* ω. *Ex* Compositis *omnes*. Omnis enim Diphthongus longa est.

Nota, αι & οι in fine, *si nulla sequitur in eadem Syllaba Consona*, habentur respectu Accentûs, non verò valoris, pro brevibus, *sive in sequenti voce sequatur Vocalis, sive Consona, ut:* ἄνθρωποι *homines*, Μοῦσαι *Musæ*, τύπτεται *verberatur*.

Except. 1. *Optativus habet* αι *&* οι *longum, ut:* ποιήσαι 3. *Aor*. 1. *Opt*. ποιέοι 3. *Præs. Opt.*

Ποιῆσαι *est Aor*. 1. *Infinit. Act. Vocis*, ποίησαι *est Aor*. 1. *Imperat. Mediæ Vocis*.

2. Οἴκοι domi *Adverbium*, *ad differentiam Nominis* οἶκοι domus.

Breves ex Simplicibus ε. ο. Ancipites α. ι. υ.

Ancipites apud Græcos α. ι. υ. *dicuntur, non secus ac apud Latinos omnes Vocales sunt ancipites. In quibusdam enim & corripiuntur & producuntur pro arbitrio scribentis, ut:* ἀνὴρ *vir*, ἴσος *&* ἴσος *æqualis: in quibusdam tantùm producuntur, ut:* λαὸς *populus*, τιμὴ *gloria; in quibusdam corripiuntur tantùm, ut:* γυνὴ *mulier*, φυγὴ *fuga*. p. 340

VIII. *Ratione Qualitatis* dividuntur *in* Mutabiles & Immutabiles.

IX. Mutabiles *sunt vel respectu* Augmenti *vel* Formationis.

X. Ratione Augmenti *Mutabiles sunt* ex Simplicibus α. ε. ο. ex Compositis αι, αυ, οι, & ᾳ, *de quibus inferiùs.*

XI. *Ratione* Formationis *itidem mutantur vel absolutè vel respectivè consideratæ.* Absolutè *vel respectu Declinationum & Conjugationum vel respectu Dialectorum.*

Vocales resp. Declin. & Conjugat. mutantur.

XII. *Respectu* Declinationum & Conjugationum *mutantur* 1. A *in* η *frequentissimè, ut* μῦσα μύσης, βοάω *clamo*, βοήσω. ἵςημι ex ςάω *colloco.*

2. E. *in*
- α, *ut* δέρω *excorio*, ἔδαρον, ςέλλω, ἔςαλκα.
- η, *ut* ποιέω *facio* ποιήσω. *Sic* ε *Præsentis Indicativi in Conjunctivo transit perpetuo in* η, *ut dicetur inferiùs.*
- ο, *ut* λέγω *dico*, λέλογα. *perf. Med.*
- ει, *ut* ςέλλω *mitto*, ἔςειλα.

3. H *in* α, *ut* λήβω *accipio*, ἔλαβον, ἵςημι *colloco* ἵςαμεν *collocamus*, & *hoc fit quando ea Syllaba, quæ habet* η, *corripi debet. Quando verò* η *ex* ε *formatum est, tunc* ε *recipiendum, ut* τίθεμεν ex τίθημι *pono.*

4. O *in* ω, *ut* δηλόω *manifesto*, δηλώσω, δίδωμι *ex* δόω *do. Fit hoc in Conjunct. perpetuo, ubi* ο *Præsentis Indicat. mutatur perpetuo in* ω, *ut dicetur inferiùs.*

5. Ω *in* α, *ut* τρώγω *rodo, comedo*, ἔτραγον.

6. αι *in* α, *ut* αἴρω, *tollo*, ἀρῶ, φαίνω *in lucem edo*, φανῶ.

7. αυ *in* α, *ut* παύω *quiescere facio*, ἔπαον.

8. ει *in*
- ε, *ut* σπείρω *semino*, σπερῶ.
- ι, *ut* λείπω *relinquo* ἔλιπον.
- οι, *ut* λείπω *linquo*, λέλοιπα *Præt. Med.*

9. ευ *in* υ, *ut* φεύγω, *fugio*, ἔφυγον.

10. υι *tantum* υι *sequente Vocali dicitur, sequente*

verò

verò consonâ Jota abjicit, uti & reliquæ diphthongi abjiciunt potius alterutram vocalium, quàm mutantur.

Sed de his & aliis inferius nobis agendum erit.

Respectu Dialectorum mutantur ita:

I. De mutatione Vocalium.

I. A.

1. *Pro α habent ε Iones, ut:* τέσσερα ap. Herod. pro τέσσαρα quatuor, τεσσερήκοντα pro τεσσαρήκοντα quadraginta, ὕελος pro ὕαλος vitrum. γέμμα pro γάμμα. τὸ γέρας munus, in Gen. γέρεος pro γέραος. Vocalium mutatio resp. Dialectorum. A. mutatur in E.

Attici in Nominibus Secundæ, quæ habent ος purum, ut; λεὼς pro λαὸς populus, νεὼς pro ναὸς templum.

Æoles in 1 plur. Passivæ Terminationis, ubi insuper addunt ν, ut: τυπτόμεθεν, pro τυπτόμεθα verberamur. Quandoque etiam sine addito ν, ut λεγόμεθε pro λεγόμεθα.

Sic Latinorum talentum ex τάλαντον, pello ex πάλλω. Camera ex καμάρα, ἐράω evacuo, ex ערה nudari. Sic πένθος ex πάθος luctus; βένθος ex βάθος profunditas, inserto ν. κρέτος pro κράτος robur &c.

2. Pro α capiunt η Iones passim, præcipuè verò in Fœmininis Primæ, *ut* σοφίη pro σοφία sapientia, ἀληθείη pro ἀλήθεια veritas, ἥρη pro ἥρα Juno, ita & ἑρμείης pro ἑρμείας Mercurius, ἔμπης pro ἔμπας tamen, ἑκηβόλος *pro* ἑκαβόλος *eminùs jaculans,* ὅρημαι *pro* ὅραμαι, *video.* (Hesych.) τιτὴν, ῆνος, *pro* τιτὰν, ᾶνος, νῆυς *pro* ναῦς *navis. Sic in medio α productum in η. ut* πρῆξις, *pro* πρᾶξις *actio.* H.

 Huc

Huc poteris referre ea, quæ in Præterito Medio α in η mutant, ut: θάλλω *vireo*, τέθηλα, κλάζω, *clango* κέκληγα. *Sic Lat. Malum ex* μῆλον.

p. 213. Dores α ex Crasi vertunt in η, *ut:* κῆγὼ *pro* κᾀγὼ *ex* καὶ ἐγὼ *& ego. Sic* ὁρῇς *pro* ὁρᾷς *vides*, ὁρῇ *pro* ὁρᾷ.

Hoc ipsum Attici imitantur in quatuor: ζῶ *vi-*
p. 27. *vo*, ζῇς ζῇ. πεινάω *esurio*, πεινῇς, πεινῇ. διψῶ *sitio*,
διψῇς, ῇ, χρῶμαι *utor*, χρῇ, χρῆται, χρῆσθαι. *Sic &*
α Aor. 1. in Polysyllabis Verborum Liquidatorum
in η mutant, ut: μιαίνω, *polluo*, μιανῶ, ἐμίηνα,
σημαίνω *significo*, σημανῶ, ἐσήμηνα.

Huc 1. trahendus Homericus ille Imperativus τῆ *cape, pro* τάε, *nisi velis per Apocopen dictum pro* τῆθι, *quod minus videtur verisimile.*

2. *Notandum quòd & in Communi pro α habeant η composita, ut.* στρατηγὸς *dux belli, ex* ἄγω, ἀνήκοος *auditionis expers, ex* ἀκούω. *Sic ex* קל *Ch. ex* κηλέω *mulceo.* כמם *Arabico capistrare, est* κημὸς *freni genus.* כרוז κήρυξ *præco.*

o. 3. Pro α Attici quandoque ο habent, *ut:* μολόχη pro μαλάχη *malva. Sic Columella. Et moloche, prono sequitur quæ vertice Solem.*

Æoles. στροτὸς, *pro* στρατὸς *exercitus.* ὀνεχώρησεν *pro* ἀνεχώρησεν *reversi sunt.* ὄνω *pro* ἄνω *sursum. Poëtæ* τέτορες *pro* τέσσαρες *quatuor. Sic Hesiod. Erg. 2.* ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβῴη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο. *Latinorum Domo est ex* δαμῶ. *Marmor ex* μάρμαρον, ὁράω *Poët.* ὀρόω *video.*

Sic κάππα & κόππα teste Eustath. κοππατίας apud Aristoph. in Nubibus, equus, cui κάππα litera impressa erat.

4. Pro

4. Pro α est quandoque υ, *ut: σύρκες Æolicè pro σάρκες carnes. γλύφω pro γλάφω sculpo.* Υ.

5. Pro α occurrit ω, Poëticè in verbis in αω, *ut: ἡβώω pro ἡβάω pubesco. ζώω pro ζάω. vivo.* Ω.

Atticè *κρώζω pro κράζω clamo.*

Ionicè *χρειώ pro χρεία usus, ὥριςος pro ἄριςος optimus, ὠυτὸς pro αὐτὸς ipse.*

Bœoticè *ὤρχμενος pro ἀρχόμενος, ut docet Etymol. licet alii nobiles Grammatici scribant ὤρχμενος pro ὁ ἀρχόμενος.*

Huc refer Composita ex γαῖα, ubi α in ω, rariùs in ο mutatur, ut: γεωμέτρης geometra. γεωργὸς agricola. γαιοδότης terræ dator. γαιήοχος seu γαιῆχος, terram continens, Neptuni Epitheton, & γαιηφάγος apud Athen. 7. per η, terrivorus.

Græci (ר) *Camets Hebræorum per ω expresserunt, ut:* Ωδὼμ *ex Adam,* Ωβὴλ *Abel, apud Epiphan. Sermone in Festo Palmarum, &* lecho *tibi,* attho *tu, apud Hieron.*

Latini præterea quandoque retinent α, ut: calathus ex κάλαθος: interdum mutant in e ut τάλαντον talentum, supra. In ι, ut: τρυτάνη trutina, κάναςρον canistrum. ςαλάζω stillo. καχάζω cachinor, μηχανὴ machina. vid. Faber ad Anacreont. p. 119. In o, ut φαλλὸς follis, τάξος toxium. In u, ut: θρίαμβος triumphus. κραιπάλη crapula, ἡρακλῆς Hercules. In æ, ut: ἀσκληπιὸς Æsculapius, quanquam de hoc dubitent. vid. Cuperi Harpocratem. Sic apud Æoles φαισὶν pro φασὶν, νύμφαις pro νύμφας. Priscian. lib. 1. vid. infra p. 16.

His addendum, quòd α interdum abundet, interdum deficiat.

Abundat *α* 1. ab initio, *ut: ἀσπαίρω Hom. Odyss.* θ, *pro σπαίρω palpito. ἀςαφὶς apud Athen. lib.* 1. *Atticè pro ςαφὶς uva passa.*

Sic amarus ex מר. *Propriùs tamen videtur accedere Chald.* אמרר *amaritudine affecit. Scal. c.* 68. *de Caus. LL. Amarum à mari, Mare ab Hebræo Marath, quod tamen primitivum non est. Sic Albus ex Syro Arab. Laban, alii tamen hoc deducunt ex* חלב.

2. In medio, Poëtice *in verbis in αω ante α contractum, nec non in aliis, ut: ὁράα pro ὁρᾷ videt. πυλαωρὸς Iliad.* ω. *pro πυλωρὸς janitor. ἀνάελπτος Hesiod. Theog. pro ἄνελπτος insperatus, κεράατος pro κέρατος, cornu.*

Æolicè *in Genit. plur. Primæ ante ῶν, ut: μουσάων pro μουσῶν. θεάων pro θεῶν Dearum, ληςάων pro ληςῶν latronum.*

Τάων pro *τῶν* in veteri ara ap. Jos. Scalig. Epist. p. 535. *νησάων* pro *νησῶν*, *insularum*, ap. Callimachum.

Ionicè *in* 3. *plur. Optativorum Passivæ Terminationis nec non Præt. Indicativi extruso ν, interseritur α, & in Indicativo Penult. ut plurimùm corripitur: εἰρέαται, βεβλέαται, κεκλίαται, pro εἴρηνται, βέβληνται, κέκλινται.* dicta, jacta, declinata sunt. *Sic & in Plusquamperf. ἐτετύφατο pro ἐτετύφαντο vapulaverant* Præs. *τυπτοίατο pro τύπτοιντο.* Futur. *τυφθησοίατο, τυπησοίατο, τετυψοίατο, τυψοίατο. Sic τιθέασι pro τιθεῖσι* ponunt, *τυπτέαται pro τύπτεται.*

Deficit *α* 1. ab initio. *ςεροπὴ pro ἀςεροπὴ fulgur. ἀμέλγω Lat. mulgeo vide Varr. lib.* 5. *de LL. ἄρουρα rus, Servius in* 1. *Æn. rura Græcis ἄρουρα dicuntur.*

cuntur. Aphæresis ergò Sermonem facit Latinum.

2. In medio poëticè *παιδνός pro παιδανός puerilis. γλακτοφάγοι pro γαλακτοφάγοι comedentes lac. κέκληκα pro κεκάληκα vocavi.*

Sic Mammona ex ממונא; *Vide Drus. ad voces N. T. Palma ex παλάμη, glos ex γάλως.*

In Compositione Præpositionis, α Poëtæ frequenter excludunt, *ut; ἀλλύω pro ἀναλύω solvo, καννεύσας, pro κατανεύσας innuens. παρθέμενος pro παραθέμενος appositus. ἀμπεδίον pro ἀνὰ πεδίον per campum.*

3. In fine Particulæ quædam α abjiciunt, *ut: ἄρ pro ἄρα, sanè, ἄν pro ἀνὰ per, πὰρ pro παρὰ unde & per.*

II. E.

1. Pro ε est quandoque α Ionicè & Doricè, *ut: τάμνω pro τέμνω seco. τράπομαι pro τρέπομαι vertor. μέγαθος pro μέγεθος magnitudo. φρασὶ pro φρεσὶ ex φρὴν mens. ἄτερος pro ἕτερος alter. ἐγώνγα pro ἔγωγε ego. πόκα pro ποτὲ aliquando. αἶκα pro αἴκε vel εἴκε si. ἄρταμις pro ἄρτεμις.* Diana. E. mutatur in A.

Atticè quandoque, *ut: ἔςραμμαι, pro ἔςρεμμαι. Et fit hoc in Præt. Pass. in Dissyllabis, quæ ρ habent cum aliqua Consonante, ut: τέτραμμαι ex τρέπω, verto, τέθραμμαι* ex *τρέφω alo; Præter βέβρεγμαι ex βρέχω irrigo. Porrò: βδάλλω pro βδέλλω sugo.*

Æolicè in Adverbiis in θεν, detracto ν, ε in α mutatur, *ut: ὄπισθα pro ὄπισθεν à tergo. ἄτερθα pro ἄτερθεν absque.*

Sic Latinorum magnalia ex μεγαλεῖα, annus ex ἔννος, maneo ex μένω. ἀῤῥαβὼν ex ערבון

παλλακὴ ex פלגש *pellex*, Belgicum Aelmoessen, ex ἐλεημοσύνη.

H. 2. Loco ε est η Atticè in Augmentis, *ut*: ἠδυνάμην *pro* ἐδυνάμην *poteram*.

Æolicè in verbis in εω ε in η vertitur, *ut*: ἀδικήω *pro* ἀδικέω *injuriâ afficio*, καλήω *pro* καλέω *voco*.

Ionicè βασιλῆι, pro βασιλεῖ *regi*. βασιλῆα, *pro* βασιλέα. ἀγγήϊον *pro* ἀγγεῖον, *vas*.

Poëticè ob metrum, *ut*: τιθῆναι *pro* τιθέναι *ponere*, φιλήμεναι *pro* φιλέμεναι *dilexisse*, φιλητὸν *pro* φιλετὸν *dilectum*, τίθητι *pro* τίθετι *ponito*.

Huc refer Composita, ἐπήρετμος, φιλήρετμος ὑπηρέτης, ὑπηρετῶ, *ex* ἐρέτης *remex*.

I. 3. Jota loco ε habent Iones, *ut*: ἱςίη *pro* ἑςία *focus*, πίφημι *pro* πέφημι *ex* φάω *occido*.

Attici in Articulis & quibusdam Nominibus cum δε Compositis, *ut*: ὁδὶ *pro* ὅδε, ταδὶ *pro* τάδε, τοιοσδὶ *pro* τοιόσδε.

Bœoticè, βασιλίος *pro* βασιλέος *regis*.

Sic in Communi, Verba, quæ habent aliquam adſcititiam Literam ε Penultimæ in Jota mutant, *ut*: τίκτω *ex* τέκω *pario*, πίπτω *ex* πέτω *cado*, γίγνομαι *ex* γενέω *naſcor*.

Latini dicunt tingo ex τέγγω. *privo ex* πέρθω. *plico ex* πλέκω. *in* ἐν. *intus* ἐντός.

Sic Dores & Æoles mutato θ *in* σ, *pro* θεὸς *dicunt* Σιός.

O. 4. Pro ε est ο Atticè in præteritis Act. Diſſyllabis Verborum *in* πω, φω, γω, κω, χω, *ut*: πέπομφα *pro* πέπεμφα *ex* πέμπω *mitto*. βέβροχα *ex* βρέχω, *madefacio*. εἴλοχα *ex* λέγω *dico*. ἔςροφα *ex* ςρέφω *verto*. κέκλοφα *ex* κλέπτω *furor*.

In

In Derivatis haud rarò pro ε est ο, *ut*: δρομέω *ex* δρέμω *curro*. δομέω *ex* δέμω *exstruo*. *Sic ex* λέπω *decortico* λόπος. *Spondeo ex* σπένδω *libo*. *Pondus pendo*. νέος *novus*.

5. Loco ε est ω. Poëticè è Gravitonis fiunt Circumflexa in αω, ε penultimæ in ω, mutato, *ut*: τρωπάω ex τρέπω *verto*. τρωχάω *ex* τρέχω *curro*. νωμάω *ex* νέμω *distribuo*. Ω.

Latini præterea per u quandoque exprimunt, *ut*: εἷς ἑνὸς *unus*. τεὸς *tuus*.

His addimus, quod ε interdum abundet, interdum deficiat.

Abundat 1. ab initio. Ionicè & Poëticè, *ut*: ἐείκοσι *pro* εἴκοσι *viginti*. ἔεις *pro* εἷς *unus*. ἔεδνα *pro* ἕδνα *dos*. ἐὼν *pro* ὢν *existens*. E. Abundat.

Æolicè, ἐδάπεδον *pro* δάπεδον *pavimentum*.

2. In medio. Iones Tempora Circumflexa faciunt Barytona, interposito ε, quod & ante ων Gen. Plur. 1. Declin. fit, *ut*: τυπέω pro τυπῶ. τυπέεις *pro* τυπεῖς. τιθέω, έῃς *pro* τιθῶ, ῇς. ποιητέων *pro* ποιητῶν. μουσέων *pro* μουσῶν.

Nonnunquam & alia Tempora non circumflexa, longa tamen, ut: Φαγέοις *pro* Φάγοις. 2. *Opt. Præs. à* Φάγω, *edo*. διακρινέωσι *pro* διακρίνωσι, *discernant*.

In 3. Decl. ante ων Gen. pl. rariùs hoc fit, *ut*: χειρέων *pro* χειρῶν *manuum*. *Sic* ἡμέων *pro* ἡμῶν. *Huc* ποσειδέων *pro* ποσειδῶν *Neptunus*.

Sic & in Accusat. αἰνειέας pro αἰνείας. ἡμέας *pro* ἡμᾶς. σφέας *pro* σφᾶς.

Poëtæ, cum Doribus frequenter ε hinc inde interponunt, *ut*: κενεὸς pro κενὸς *inanis*, ἀδελφεὸς *pro* ἀδελφὸς *frater*, ἠέλιος *pro* ἥλιος *Sol*, γενέε-

γενέεσθαι pro γενέσθαι fieri. δύεσι pro δυσὶ duobus. μνεώμενος pro μνώμενος memorans. δένδρεον pro δένδρον. Sic & τέῳ pro τῷ, & ὅτεῳ pro ὅτῳ quo.

3. In fine *Poëticè, ut: ἠὲ pro ἢ, aut.*

Ex Hebr. אוה Latinum est aveo.

E. deficit. Deficit 1. ab initio. Poëticè & Ion Augmentum perit, quod & in Derivatis fit, *ut: τύπτε pro ἔτυπτε, νέρθεν pro ἔνερθεν infra. κεῖνος ἐκεῖνος ille. ὀρτὴ ἑορτὴ festum. θέλω ἐθέλω volo. Latinum rixor ex ἐρίζω. ructo ex ἐρεύγω. Sic & Poët. ε in ει cadit, ut: ἴδον pro εἶδον. add. Scal. lib. I. cap. 12. Lect. Auson.*

2. In medio Poëtæ metri causâ tollunt, *ut: ἔγεντο pro ἐγένετο, τιμῆντα τιμήεντα honorabilem. λοῦται λοέεται lavatur, ἔπλοιντο ἐπέλοιντο fuerint. τέτμηκα pro τετέμηκα secui.*

Iones post ι extrudunt, *ut: ἱρὸς pro ἱερὸς sanctus. ἱρεὺς, ἱερεὺς Sacerdos.*

Huc refer τάχα pro ταχέα, σάφα pro σαφέα.

In Derivatis plerumque perit, ut: προνώπιον pro προενώπιον teste Eustath. qui exponit πρόσχημα prætextum. Latinis, ulna ex ὠλένη.

3. In fine Ob metrum *λόε pro λοέε lava. Odyss. κ. Sic Latini: dic, duc, fac, fer, Catull. Inger mihi calices amariores.*

III. H.

H. mutatur in A 1. Pro η collocatur α. Et quidem Doricè & Æolicè longum, Ionicè breve, *ut: μαχανὰ pro μηχανὴ machina. παγὰ πηγὴ fons. φάμα φήμη fama. ἀμέρα ἡμέρα dies. ἀδὺς ἡδὺς dulcis. χρύσας χρύσης. στᾶθι, στᾶναι pro στῆθι sta, στῆναι. ἴσαμι ἴσημι scio. λελακυῖα pro λεληκυῖα Ionicè, perf. parti-*

particip. pass. syncopatum à λαλέω loquor, licet formari possit ex λέλακα, *Praet. Med. Verbi* λακέω *sonare.* μεμακυῖα, μεμηκυῖα *à* μέμηκα, *balavi.*

Attici veteres, *teste Platone in Cratylo*, pro η habuerunt α, *unde ipsi* ἀθήνη, *q.* ἡ θεονόη. καλήτης *pro* κηλήτης *qui tumore laborat: Sic* ἀνάβαθι *pro* ἀνάβηθι, *ascende.*

Sic ex σίνηπι *sinapi*, μήτηρ *mater*, πληγή *plaga*, μῆλον *malum*, φηγὸς *fagus.*

Et huc refer διάλυσιν τῦ η *in* εα, *ut:* χρύσεα *Chrysen, Ion. pro* χρύσην, ἔαγα ἦγα *Atticè ab* ἄγω *frango.* ἐάλη ἥλη ex ἄλημι *significante* ἐκκλίνω. ἕανται ἧνται *sedent.* ἕαδε ἧδε ex ἄδω *placeo.* ἕασας *quod Varro affert, & est* ἐχαροποίησας, *pro* ἥσας, *ab* ἥδω *exhilaro*, ἔα *pro* ἦν *eram.*

2. Pro η habent ε Dores & Æoles, *ut:* ἀδικέσαι *pro* ἀδικῆσαι *injuriâ afficere.* Ἄρες, Ἄρης *Mars.* ἀρεῖος ἀρήϊος *Martius.*

Iones rariùs, νέας *pro* νῆας *naves:* ἑσσόω *pro* ἡσσόω *supero*, ἔσαν *pro* ἦσαν *erant.*

Poëtæ propter metrum, ξερὸς *pro* ξηρὸς *aridus*, νοσερὸς νοσηρὸς *morbosus.*

Crepida utrâque brevi; Gell. lib. 13. *c.* 20. *Scal. c.* 26. *de causis LL. ex* κρηπὶς, ῖδος, *medeor ex* μήδω.

3. Pro η antiquioribus Atticis fuit ι, *ut:* ἱμήρα *pro* ἡμέρα *dies.* I.

Sic Lat. scipio ex σκήπων. *Cæmiterium* κοιμητήριον.

4. Pro η propter sonum pleniorem est quandoque ω, *ut:* πτώσσω *pro* πτήσσω *inhorreo*, ἔῤῥωγα *ex* ῥήγνυμι *rumpo*, *Sic* μαιῆτις *Ion.* μαιῶτις *communiter, palus. Vide Plin. lib.* 4. *c.* 12. *Cor ex* κῆρ. *Pronus* πρηνὴς. *Io*, ἰή. Ω.

5. Pro

AI. 5. Pro η habent αι Æoles, *ut: μιμναίσκω pro μιμνήσκω recordor. νικαία Ion. pro νίκη victoria, ubi & α in fine redundat.*

EI. 6. Pro η Bœoti perpetuò habent ει. *ut: τίθειμι pro τίθημι pono, είρωες pro ἥρωες. πειλεὺς pro πηλεὺς. εἶν pro ἦν eram. Δημότεια pro Δημότη. Inde à Communibus etiam recepta sunt τέθεικα pro τέθηκα,* εἶκα pro *ἧκα. misi Æol. πένεις pro πένης pauper Att. κείρυλος pro κήρυλος cerylus.*

Interdum abundat η, interdum deficit.

H. Abundat. *Abundat* 1. ab initio, *ut: ἠβαιὸν pro βαιὸν parvum.*

2. In medio, *ut: εὐηγενὴς pro εὐγενὴς generosus ἐπηετανὸς, ex ἐπὶ & ἔτος. θεήϊος pro θεῖος divinus. Huc commodè trahi possunt præterita Communia, quæ in medio habent η, & à Grammaticis*

p. 174. *ἡμαρτημένοι παρακείμενοι dicuntur, ut: τέτμηκα ex τέμνω seco. μεμένηκα ex μένω maneo. δέδμηκα vel δεδέμηκα ex δέμω struo. κεκάμηκα ex κάμνω laboro. βεβρέμηκα ex βρέμω fremo. νενέμηκα ex νέμω distribuo.*

3. In fine. *ἐπειὴ pro ἐπεὶ, nisi forte δ extrusum sit, pro ἐπειδὴ. it: Dorica, ἐγώνη, τύνη, pro ἐγὼ, σὺ.*

Deficit. Deficit η in Optativo Plur. *ut: τυφθεῖμεν pro τυφθείημεν, φαῖμεν φαίημεν dixerimus. τιθεῖμεν τιθείημεν, Latin. agmen ex ἄγημα.*

IV. I.

I. in E. 1. Ionicè in 3. Declin. loco ι ubique est ε, exceptis Nominativo, Accus. & Vocativo Sing. quando Nominativi Terminatio fuit ις vel ι, & in Genit. ος purum, *ut: πόλις civitas, λιος, λεος, λι, λεῖ, λιες, λεες, λιας, λεας.*

Sic

Sic τέθημι *pro* τίθημι *pono.* ἀκρατέςατος *pro* ἀκρατίςατος, *valde intemperans.*

Et Atticè, ἔριδες *pro* ἴριδες. *arcus cœlestes.*

2. Pro ι Æolicè est η, *ut:* ψημύθιον *pro* ψιμύθιον *cerussa.* Sic Poët. πόληος pro πόλιος *&* *in Accus.* πόληα *pro* πόλιν. H.

3. Rarò pro ι est υ, *ut:* τρυφάλεια *pro* τριφάλεια *galea.* Υ.

Sic καίω accendo Fut. καύσω, ι in υ mutato. Hoc imitantur & alia Verba, de quibus in Υ.

Interdum abundat ι, interdum deficit.

Abundat. Poëtis hæc Litera ultissima est. Hinc post ε nullibi ferè non assumunt Jota, quod & post ο quandoque faciunt, ut: ξεῖνος *pro* ξένος *hospes*, φρείαρ, φρέαρ *fons.* κλείω, κλέω *celebro.* θείω, θέω, θῶ *pono, consecro.* εἴπω, ἔπω *dico.* ἐιάω ἐάω *sino.* ἕιως ἕως. *usque*, ἕινεκα ἕνεκα, *causâ*, γελοίω γελόω *rideo.* ἀλοιάω ἀλοάω *trituro.* δημοίτης δημότης *plebejus.* πνοιὴ πνοὴ *flatus.* ἐμεῖο *Ion.* *pro* ἐμέο, ἡμεῖες *Ion.* *pro* ἡμέες. I. Abundat.

In omnibus Præpositionibus, quâ in Compositione, quâ extra eam, *ut:* εἰν *pro* ἐν. εἰνάλιος, ἐνάλιος *marinus.* καταὶ, κατὰ *secundùm.* πειρίθοος, περίθοος. *Pirithous ap. Homer.*

Huc pertinent ὁδοιπόρος *viator.* πυλοιγενὴς *in urbe Pylo natus.* χολοιβόρος *bilis in morem erodens. Nicand. Ther.*

Abundat & in medio, ut in Dativo Dual. Secundæ: *ut:* ἵπποιϊν *pro* ἵπποιν *equis.*

Huc refer πτολεπόρθος *pro* πτολίπορθος *urbium eversor.* ὄρθιος ὀρθὸς *rectus.* ὁμοίϊος ὅμοιος *similis*, ἱππιοχάρμης *equis gaudens &c.*

Alius

Alius ex ἄλλος, scipio σκήπων, navita ναύτης.

Ad α Accus. plur. Primæ Fœmin. nec non ας longum Nominat. Tertiæ addunt Jota, ut ταῖς νύμφαις pro νύμφας. *Æolicè*, μέλαις μέλας *niger.* τύψαις τύψας *Doricè.*

In fine Dativis Pluralibus in σ desinentibus Iones & Attici addunt Jota, *ut*: λόγοισι, ἀνθρώποισι, μέσαισι *&c.*

Attici Pronominibus Demonstrativis, certis quoque Nominibus, nec non aliis quibusdam Particulis addunt Jota, *ut:* οὑτοσὶ *pro* οὗτος, ἐκεινοσὶ *pro* ἐκεῖνος, νυνὶ *pro* νῦν, ἐνὶ ἐν.

I. deficit. Deficit. Jota Subjunctivum in Diphthongis tollitur Poëticè, Ionicè, Doricè & Atticè, *ut:* κάω *pro* καίω *uro*, ἕταρος *pro* ἑταῖρος *socius*, τιμᾶς *pro* τιμαῖς *honoribus*, ἐς *pro* εἰς *in*, ἀπόδεξις *pro* ἀπόδειξις *demonstratio*, μέζων *pro* μείζων *major*, ποιὲν *&* ποεῖν *pro* ποιεῖν *facere*, τύπτες *pro* τύπτεις, σφὲς *pro* σφεὶς, χερὸς *pro* χειρὸς *manus. Et hinc* χεροῖν *&* χερσὶ *etiam communiter.* μητρυὰ *pro* μητρυιὰ *noverca*, ἐμμὶ *pro* εἰμὶ *sum*, κτέναι *pro* κτεῖναι *occidere*, ὠτελλὴ *pro* ὠτειλὴ *vulnus.*

Lat. caldus pro calidus, audacter pro audaciter, dextera δεξιτερή.

In fine μέλι *mel*, πέπερι *piper.*

V. O.

O. mutatur in A. 1. Pro ο capiunt α Dores & Æoles, *ut:* εἴκατι *pro* εἴκοσι *viginti*, ἅσσα *pro* ὅσσα *quæcunque*, ἁμᾶ *pro* ὁμοῦ *simul.*

Sic ἄροτρον *aratrum.*

E. 2. Pro ο iidem habent quandoque ε, *ut:* ἀνδριφόνος *pro* ἀνδροφόνος *homicida*, ἐδύνη *pro* ὀδύνη

ὀδύνη dolor. πρές σε pro πρός σε. Απέλλων *pro* Απόλλων. ἐδόντας *pro* ὀδόντας *dentes*.

Sic Latin. γόνυ *genus*. ἕδος *sedes*. ποδὸς *pedis*.

3. Poëtæ concurrentibus multis brevibus pro ο accipiunt η, ut: θεητόκος pro θεοτόκος *Deipara*. H. I.

4. Atticè ο quandoque in ι mutatur, *ut*: δευρὶ pro δεῦρο *huc*.

Sic Latin. imber ex ὄμβρος, *cinis è* κόνις.

5. O in υ vertitur Æolicè, *ut*: ὄνυμα pro ὄνομα *nomen*. ὀνυμαίνω, ὀνομαίνω, ὔμοιον ὅμοιον *simile*. Υ.

Fit hoc in Compositione communiter, *ut*: παρώνυμος, ἐπώνυμος, συνώνυμος.

Sic κόμμι *gummi*.

6. Loco ο est ω Doricè, Ionicè, Æolicè, *ut*: Ω. κῶρος pro κόρος *puer*, ὤμοιος pro ὅμοιος *similis*. δεύρω δεῦρο *huc*. ὤσσα *Æolicè*, ὅσσα *quæcunque*.

Attici ο in ω & in Diphthongo & extra Diphthongum mutant, ita ut Jota, si adfuerit, subscribatur, υ verò abjiciatur. *Fit hoc imprimis in Nominibus Secundæ in omnibus Casibus, nec non Tertiæ Nominum in* ις, *& in Genit. puro Sing. & Dualis, & Nominum in* ευς *in Genit. Singul. ut*: λεὼς λεὼ λεὼν *& plur*. λεῷ pro λαὸς *populus* λαοῦ λαὸν λαοὶ. πόλεως, πόλιος πόλεων pro *Ion*. πολέοιν *ex Communi* πολίοιν. βασιλεὺς λέως. pro βασιλέος, *Ionicè* βασιλῆος *regis*. πῳμενικὸς pro ποιμενικὸς *pastoralis*. κλῳὸς pro κλοιὸς *vinculum*. δῴην pro δοίην *dederim*, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα, *videns*.

Huc μῶσα pro μοῦσα. ὦς pro οὖς *auris &c*.

Sic δωτὴρ pro δοτὴρ *dator*. δύω pro δύο.

Poëtæ in Verbis in οω, ο in ω mutare solent, *ut*: δώω pro δόω *do*.

Sic & in quibuſdam Compoſitis communiter, *ut:* ἐπώνυμος, συνώνυμος *ex* ὄνομα, *nomen.*

ΑΙ. 7. Pro ο Æoles habent αι, *ut:* ὑπαὶ *pro* ὑπό.

ΟΥ. 8. Pro ο τεχνικῶς ſumpto ponitur interdum ȣ. Poëticè, *ut:* ȣ̓ κρονίδης κηχόλωτο ποσειδάωνι καὶ Ἥρῃ. νȣ̃σος *pro* νόσος, *morbus.*

Sic Lat. per u, ut: Juba ex ἰόβας.

His addendum, quod interdum abundet, interdum deficiat.

O. Abundat. *Abundat* 1. ab initio. Bœoticè, *docente Heraclito,* ο præponitur υ, *ut:* ȣ̃δωρ *pro* ὕδωρ *aqua.*

Sic ὀμοργνύω *pro* μοργνύω *abſtergo,* ὄȣ *pro* ȣ̓.

2. In medio. Ante ω contractum Verborum in αω Atticè aſſumitur ο, quod & in Nominibus quibuſdam ante ω fieri ſolet, *ut:* ὁρόω *pro* ὁρῶ *video,* ἀντιόων *pro* ἀντιῶν *occurrens:* αὐτοχόωνος *pro* αὐτόχωνος *ſponte fuſus.*

Interdum poſt ω *contractum, ut:* μνώομαι *pro* μνῶμαι *ex* μνάομαι *memini.*

p. 125. *Item alibi, ut:* ἐλήλȣθα *pro* ἐλήλυθα *veni,* ἀγήοχα *pro* ἄγηχα *duxi,* θȣγάτηρ *pro* θυγάτηρ *filia, Æolicè, Priſcian. lib.* 1.

Sic ex μνῶ *moneo Latinum.*

3. In fine quandoque abundat Poëticè, *ut:* Μίνως Μίνω, Μίνωο. Ανδρογέῳο.

O. Deficit. Deficit. Ionicè & Doricè è quibuſdam Nominibus tollitur, *ut:* Νικόλας *pro* Νικόλαος.

Atticè ᾤμην *pro* ῴόμην, οἶμαι ὄιομαι *puto.*

Sic Trita Meliphylla pro μελισσόφυλλα *Virg.*

Æolicè è Pronominum Genitivis excluditur, *ut:* ἐμέθεν *pro* ἐμέοθεν, σέθεν *pro* σέοθεν.

Huc τίπτε *pro* τίποτε, *cur. Hom. Od.* α. ὑββάλλειν *pro* ὑποβάλλειν, ἄββαλε *pro* ἀπόβαλε *abjice.* Sic

Sic Latini tollunt ab initio, ut: ὄνομα *nomen*, ὀρύω *ruo*. ὀδὺς *dens*, ὄραμος *ramus*. ὀκέλλω *cello*.

VI. Υ.

Pro υ Æolicè est ι, *ut:* ἰψόθεν *pro* ὑψόθεν *desuper*. ἶπαρ *pro* ὕπαρ *visio*. *Sic composita à* δύο *græci per* δ. *non* δυ *exprimunt. vid. Palmer. exercitat. in Auctores Gr. p. 6. seq.* Υ. mutatur in I.

Latinis præterea mutatur in a, *ut:* κύλιξ *calix*. κύων κυνὸς *canis*, λάφυρον *labarum*. *In* o, *ut:* νὺξ *nox*. ἄγκυρα *ancora*. μύλη *mola*. *In* u, *ut:* νῦν *nunc*, μῦς *mus*, πορφύρα *purpura*.

Interdum abundat, interdum verò deficit.

Abundat. Dores Verbis in εω & αω addunt υ, *ut:* βυσσοδομεύω *pro* βυσσοδομέω *profundè struo*. ἐλαύω & *per Epenth.* ἐλαύνω *pro* ἐλάω *agito*. Υ. Abundat.

Huc κλάω *Atticum pro* κλαίω *Fut.* κλαύσω *fleo*. κάω, καύσω *uro*. Sic ῥεύσω, πνεύσω, χεύσω, ex ῥέω, *fluo*, πνέω, *spiro*, χέω, *fundo*, *ubi* υ *in Fut. abundat.*

*Æ*olicè, Ionicè, & Poëticè ad Vocalem Brevem producendam additur, *ut:* οὖρος *pro* ὅρος *terminus*, οὖλος *pro* ὅλος *totus*, μοῦνος *pro* μόνος *solus*, εὔκηλος *pro* ἕκηλος *quietus*, δεύεται *pro* δέεται *ligatur*, αὐὴρ *pro* ἀὴρ *aër*.

Huc τυψοῦμαι *pro* τύψομαι, &c.

Sic βεῦδος *vestis genus varium & purpureum ex* בד *linum*, δοῦλος *servus ex* דל *tenuis*, θαυμάζω *ex* תמה *admiratus est*.

Quandoque υ epentheticum derivat à format. *ut:* πληθύω *ex* πλήθω *impleo*, ἐπύω *ex* ἔπω *dico*.

Deficit. Poëticè in Compositis ex πους, *ut:* ἀέλλοπος *pro* ἀελλόπους *procellipes apud Nonn.* Υ. Deficit.

ἀνέλιπος, ἀνελίπους claudus. ἄρτιπος, ἀρτίπους qui integris pedibus est. οἴδιπος, πόλυπος, &c.

Sic Doricè. τὸς θεὸς pro τοὺς θεοὺς, *&c.*

Latini parum ex παῦρον.

Hæc Litera cum Jota sæpe permutatur, ut: τρύζω & τρίζω strideo. τονθορύζω & τονθορίζω murmuro. ἴννος, & ὕννος equus parvulus. μίτυλος & μύτιλος, mutilus. ἀσυκὸς & ἀσικὸς urbanus, ὄβριζον & ὄβρυζεν aurum sincerum. κίβυσις & κίβισις pera, een Zak.

VII. Ω.

Ω. mutatur in A. 1. Pro ω habent α Dores in Genit. Plur. Primæ, nec non 2 Pers. Aor. I. Mediæ vocis: Æoles in Participiis Contractis Verborum in αω, *ut:* λησᾶν pro λησῶν *latronum*, μουσᾶν pro μουσῶν. ἐτύψα pro ἐτύψω. γελᾶν pro γελῶν, *ridens.*

Sic in aliis: πρᾶτος pro πρῶτος *primus.* θᾶκος pro θῶκος *sedile.*

O. 2. Pro ω habent ο Æoles & Poëtæ, cum primis, quando ex Nominibus 3. Declin. formant nomina secundæ, *ut:* ἐὰν τύπτομεν pro τύπτωμεν. ὄρα pro ὥρα. ἔρος ἔρως *Amor. Sic* ζόη pro ζωὴ *vita, Ionicè apud Herod. vid. Daniel Major de nummis Græcè inscriptis p. 13.*

Υ. 3. Loco ω est quandoque υ, ut: χελύνη pro χελώνη, *testudo marina.*

ΕΥ. 4. Pro ω Dores assumunt ευ, ut: ἠγάπευν pro ἠγάπων. *amabant.*

ΟΙ. 5. Pro ω finali Adverbiorum Syracusani habent οι, *ut* ἔξοι pro ἔξω *extra.*

Ω. Abundat. *Abundat.* Atticè ω epentheticῶs interseritur, *ut:* ἀφέωνται pro ἀφεῖνται, *cujus ignarus Osiander*

in

in Colloquio Wormatiensi contendebat esse Luc. 7. v. 47. Conjunctivum, ἀφέωκα pro ἀφεῖκα ex ἀφίημι *remitto. Sic Poët.* πηδώω pro πηδῶ *salto*, ex πηδάω. Δώωσι pro Δῶσι, *dederint*.

Huc εἴωθα pro εἶθα *Consuevi*, *Eurip. Hec.*

Deficit. Per Syncopen Poëticè imprimis excluditur, *ut*: ὄπισθεν pro ὀπίσωθεν *à tergo*. ἑκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν *utrinque*. ω. Deficit.

Sic promiscuè κόρυκος & κώρυκος pera. μαστροπὸς & μαστρωπὸς leno.

De Diphthongis propriis in genere.

Æoles & Poëtæ Diphthongorum Diæresi frequenter gaudent, *ut*: πάϊς pro παῖς *puer*. ἐϋσεβέες pro εὐσεβεῖς *pii*. ἀϋλῳδὸς pro αὐλῳδὸς *tibicen &c.*

De Diphthongorum mutatione.

De αι

1. In compositione nominum ex γαῖα, αι communiter transit in ε, *ut*: γεωμέτρης. *Nonnulli* αι *retinent*. *supra. p. 7.* αι. mutatur in Ε.

2. Bœoticè mutatur in η, *ut*: ποιὅμενη pro ποιὅμεναι. *Eust.* Η.

Sic ἀχηὸς pro ἀχαιὸς *Achivus*, παληὸς pro παλαιὸς *vetus*.

3. Pro αι Ionicè est ῃ, *ut*: ἀτασθαλίῃσι pro ἀτασθαλίαις *temeritatibus*. σφετέρῃς pro σφετέραις, *suis*. ΗΙ.

Sic Atticè ἐμίηνα pro ἐμίανα, à μιαίνω *inquino*.

Epentheticè quandoque αι interponitur, *ut*: κραιαίνω *Hom. Iliad.* β. pro κραίνω *effectum reddo*. Sic fortè Poët. νικαία pro νίκη *victoria*.

De αυ.

1. Doricè & Ionicè pro αυ est ωυ, ita ut υ quandoque abjiciatur, *ut:* θώϋμα *&* θῶμα *pro* θαῦμα, θωυμάσιος *pro* θαυμάσιος *mirabilis*, τρῶμα *pro* τραῦμα *vulnus*, ὡυτὸς *pro* αὐτὸς *ipse. Hippocrat.*

2. Αυ Doricè in ου, *ut:* τϐτας *pro* ταύτας. *Sic Latinis claudo cludo, causa excuso.*

De ει.

ει. mutatur in Α. ΗΙ. 1. Pro ει Dores habent α, *ut:* κλᾶδας *pro* κλεΐδας *claves*, κλάξω *pro* κλείσω *claudam*, *à* κλείω.

2. Æolicè, docente Prisciano lib. 1. pro ει est η, *ut:* φίλην *pro* φιλεῖν *amare.* Δημοσθένη Δημοσθένει. *& Atticè* βασιλῆς *pro* βασιλεῖς *reges*, ἦθα *pro* εἶθα, *consuevi.*

p. 24. Attici Poëticum ει vertunt in η, *ut:* ςῶ *Ion.* ςέω *Poët.* ςείω. *Att.* ςήω.

Dores id Jota subscriptum omittunt, *ut:* μαθῆν *pro* μαθεῖν *didicisse*, χῆρες *pro* χεῖρες *manus.*

p. 48. n. 3. Κυθέρηα *pro* Κυθέρεια *Venus*, κῆνος *pro* κεῖνος *vel* ἐκεῖνος *ille; huc* τύπτης, η, *pro* τύπτεις, ει.

ΑΙ. 3. Pro ει est αι Doricè, *ut:* αἰ *pro* εἰ. αἴκε *pro* εἴκε *si*, κλαῖδα, κλεῖδα *clavem.* Φθαίρω Φθείρω *corrumpo.* κταίνω κτείνω *occido.*

ΟΙ. 4. Æoles mutant ει in οι, *ut:* θοίμην, θοῖο, θοῖτο, *pro* θείμην θεῖο, θεῖτο, *Aor. 2. Opt. Med. Sic* ὄνοιρον *pro* ὄνειρον *somnium.*

εα, εε, ευ. 5. ει mutatur Ionicè in εα, εε, ευ, *ut:* ποιέασθαι *pro* ποιεῖσθαι. σφέες *pro* σφεῖς. πλεῦν *pro* πλεῖν *plus.* ἐτετύφεα *pro* ἐτετύφειν *&c.* ἔασι *pro* εἰσὶ *sunt.*

Abundat. Poëticè ει quandoque abundat, *ut:* ἐξείης *pro* ἑξῆς *deinceps*, θαμειὸς *pro* θαμὸς *creber.* ἀφαρεὶ

ρεὶ *pro* ἄφαρ *statim*, διονεὶ *pro* οἷον tanquam.

Atticè in quibusdam deficit, *ut:* ὄφλω *pro* ὀφείλω *debeo.* Deficit.

Sic ἦσμεν *pro* ᾔθειμεν *noveramus, teste Etymol.*

De ευ.

Eυ mutatur Ion. in ω & ηυ, *ut:* ἐκπλώσας *pro* ἐκπλεύσας *enavigans,* ἠΰκομος *pro* εὔκομος *pulchre comatus. Huc,* εὔχομαι *precor* ηὐχόμην. ευ. mutatur in Ω & HY.

De οι.

1. Pro οι Attici antiqui habent ει, *ut:* δυεῖν *pro* δυοῖν *duorum,* πεῖος *pro* ποῖος *qualis.* οι in Ei.

2. In ῳ *mutant. Vide supra in* ο, *p.* 17. ΩI.

De ȣ.

1 Pro ȣ Genitivi Primæ, Æolicè est αο, *ut:* Αἰνείαο *pro* Αἰνείȣ. ου in AO.

2. Doricè pro ȣ est α, *ut:* Αἰνεία *pro* Αἰνείȣ. ἁμᾶ *pro* ὁμȣ̃ *simul.* A.

3. Doricè & Æolicè pro ȣ est ω. *vid. supr. in* ο. Ω.

4. Poëticè in 2. Declin. in Genitivo mutatur ȣ in οιο, *ut:* λόγοιο *pro* λόγȣ ἐμοῖο *pro* ἐμȣ̃. OIO.

5. Ionicè resolvitur in εο, *ut:* ὅτεο *pro* ὅτȣ *cujus,* τύπτεο *pro* τύπτȣ. *Item Ion. in* 1. *Declin. in* εω *& per Crasin Poëticam in* ω *ut:* Αἰνείεω Αἰνείω *pro* Αἰνείȣ. EO.

6. Pro ȣ, Æol. & Doricè est, ευ, *ut:* ποιεύμενος *pro* ποιȣ́μενος. ποιεῦνται *pro* ποιȣ̃νται. ἐτύπτευ *pro* ἐτύπτȣ. ἀλεῦμαι, ἀλȣ̃μαι *saliam.* τεῦ *pro* τȣ̃. Δημοσθένευς Δημοσθένȣς. ἐμεῦ *pro* ἐμȣ̃. EY.

7. Creticè ȣ in ει transit, *ut:* αὐτεὶ *pro* αὐτȣ̃ *ibi.* EI.

8. Æol. & Doricè pro ȣ in Accusativo plur. & infinitivo in ȣν est οι, *ut:* τοῖς ἵπποις *pro* τοὺς ἵππȣς OI.

ἵππυς *equos*. χρυσοῖν χρυσῦν, *inaurare*.
Sic μοῖσα *pro* μῦσα, &c.

De Diphthongis Impropriis.

REGULÆ GENERALES.

1. Dores Jota subscribendum omittunt, *ut:* διδύμα pro διδύμᾳ *geminæ*. *Pind. Pyth. Od.* 2. ζᾶν pro ζᾷν *vivere*. γελῆν pro γελᾷν *ridere*. βοῶην pro βοῴην, *clamarem*.

2. Iones jota Atticè subscriptum ad latus positum pronunciant, *ut:* πατρώϊος pro πατρῷος, *patrius*. ῥηΐδιον ῥᾴδιον, *facilius*.

Sic *Æoles* βοάϊς pro βοᾷς. βοάῖν pro βοᾷν.

De ᾳ.

ᾳ. Pro ᾳ Doricè est ῃ βοῇ pro βοᾷ. *Vid supra in* α.

De ῃ.

ῃ. ῃ Bœoticè & Atticè mutatur in ει, *ut:* βέλει pro βέλῃ *velis*, ὄψει pro ὄψῃ *videbis*. παρέξει pro παρέξῃ *præbeas* Luc. 7. vers. 4.

De ῳ.

ῳ. Pro ῳ Bœoticè est οι, ἡρωῖος pro ἡρῷος, *heroicus*.

De ωυ.

αυ. Propria Ionum est, qui ο & αυ contrahunt in ωυ, *ut:* ὡυτός pro ὁ αὐτός *p*. 7. 22.

XIV. Respectivè *considerati vocales mutantur*, ob suum concursum.

R E G U L A.

Græci, imprimis Attici, sunt admodum studiosi, ne fiat concursus Vocalium. *Hinc Vocales concurrentes vel* contrahunt, *vel unam ex istis* abjiciunt, vel consonantem interponunt. (*Iones contractiones non adeò observant, quod ex Herodoti lectione patet.*)

Notes

Notes velim, quòd hîc Methodum naturæ observarim; unde non est, ut discipulis hanc doctrinam proponas, antequam ipsum Verbum absolveris; sed ad normam τοῦ τύπτω, ipsum ποιέω, ὁράω &c. ad normam Nominum Tertiæ Declinationis omnia Nomina Contracta, suppresso Nomine Contractionis, formes, ne incipientes multitudine confundantur. Regulæ verò Speciales non ex Grammatica, sed creberrima repetitione in analysi sunt addiscendæ.

ARTICULUS I.

De Contractione.

1. Nomina Tertiæ Declinationis, quorum Genitivus in ος purum desinit, & Verba in έω άω, όω, in Præsenti & Imperfecto Activæ, Passivæ & Mediæ Vocis in omnibus Modis contrahuntur. Vocales ob suum concursum. 1. Contrahuntur.

Notes hic 1. Nomina in ι, ις, & ευς nec non Nomina in υς per εος declinata, Dativum Sing. Nominativum, Accusativum & Vocativ. Pluralis tantùm contrahere. Neutr. Plur. ab his formata non contrahuntur, ut: τὰ ὀξέα acuta, τὰ ἡμίσεα dimidia, τὰ ἡδέα dulcia.

Legitur tamen, τὰ ἡμίση pro ἡμίσεα: Luc. 19. 8. & Marc. 6. 23. ἡμίσȣς pro ἡμίσεος. Usus igitur consulendus est.

2. *Verba in όω, si post contractionem fierent Monosyllaba, non contrahi.*

3. *Dissyllaba in έω Contractionem, quæ fit in ει,*

 tan-

tantùm suscipere, in reliquis Contractionem respuere: ut: πλέω *navigo*, (*non* πλῶ,) πλεῖς, πλέεις, πλεῖ πλέει. πλεῖτον, πλέετον. πλέομεν (*non* πλοῦμεν) πλεῖτε πλέετε, πλέουσι (*non* πλοῦσι) *&c.*

Hesychius tamen laudat δοῦσι *pro* δέουσι, *ligant. Sic in Aristophane* ἀναδῶν: *Canin p.* 202.

II. In Contractione prior Vocalis debet esse brevis. *Rarissimè enim est longa, ut:* ληστὴς *prædo*, *ex* ληιστὴς *à* ληίζω. ἡρῴνη *ex* ἡρωΐνη *heroina*, τιμῆς *honorabilis*, *ex* τιμήεις, τιμῆντος *è* τιμήεντος.

III. *Fit verò* Contractio dictis in locis quando prior vocalis est *vel* α, *vel* ε, *vel* ι, *vel* ο, *vel* υ.

DISTINCT. I.

De

Illis, quorum prima Vocalis est A.

A. Vid. p. 25 Reg. Gen.

I. α *dictis in locis*, sequente ο, vel ω, item Diphthongo ex ο profectâ, contrahitur in ω, *Jota, si adfuerit, subscribitur, ut: ex* κέρας *cornu fit Gen. S.* κέραος *contr.* κέρως. *Gen. & Dat. Dual.* κεράοιν *contr.* κερῷν *G. Plur.* κεράων *contr.* κερῶν.

Ex γελάω *rideo*, *contr.* γελῶ, γελάομεν *contr.* γελῶμεν, γελάουσι *contr.* γελῶσι. *ut:* τύπτω, τύπτομεν, τύπτουσι.

Et γελάοιμι γελῷμι, γελάοις γελῷς, γελάοι γελῷ *&c. ut:* τύπτοιμι. τοις. τοι.

Fit hoc extra hos casus in aliis, ut: ᾠδὴ *pro* ἀοιδὴ *cantus* ᾠδὸς *pro* ἀοιδός. *Huc* κῷνος *pro* καὶ οἶνος *& vinum.*

II. α sequente alia Vocali quacunque contra-

trahitur in α, *Jota*, *si affuerit*, *subscribitur*, *ut*: *ex* κέρας *fit D. Sing.* κέραϊ *contr.* κέρᾳ *N. A. V. Dual.* κέραε *contr.* κέρα *N. Plur.* κέραα *contr.* κέρα.

Ex γελάω γελάεις *contr.* γελᾷς. γελάει *contr.* γελᾷ γελάετε *contr.* γελᾶτε. *ut* τύπτεις τύπτει. τύπτετον. *Sic ex Conjunctivo* γελάῃς *contra.* γελᾷς, γελάῃ *contr.* γελᾷ, γελάητον *contr.* γελᾶτον, *ut*: τύπτῃς τύπτῃ &c. *Ex* γελάειν γελᾷν, &c. *ut*: τύπτειν.

Fit hoc & in aliis. *Sic* ᾄδω *cano* ἀείδω. ἄκων *nolens* ἀέκων. ἆθλον *præmium* ἄεθλον.

Nota 1. *Attici Dores secuti*, *in quatuor verbis loca* ᾳ *habent* ῃ, *ut*: ζῇ *pro* ζᾷ *vivit* &c. πεινῇς *pro* πεινᾷς *ex* πεινάω *esurio*, διψῇ *pro* διψᾷ *sitit.* χρῆται χρῆσθαι &c. *ex* χράομαι *utor.*

2. *Multi Grammaticorum pro* γελᾷν *ridere*, ζῇν *vivere*, βοᾷν *clamare*, *scribunt* γελᾶν, ζῆν, βοᾶν *in Infinitivo*, *quod ante* ν *nihil* μὴ ἐκφωνούμενον *subsistat*, *quibus tamen Gaza & alii contradicunt.*

3. *Dicitur etiam* νᾶυς *pro* νᾶες *&* νᾶας *naves. Nom. & Accus. Plur.*

DISTINCT. II.

De

Illis, quorum prior Vocalis est E.

E.

1. ε sequente Vocali longa vel diphthongo in illam longam vel Diphthongum contrahitur *ut ex* εὐσεβὴς *pius*, *G. D. Dual.* εὐσεβέοιν *contr. fit* εὐσεβοῖν, *Gen. Plur.* εὐσεβέων *contr.* εὐσεβῶν.

Ex

Ex καλέω *voco contr.* καλῶ, καλέεις *contr.* καλεῖς. καλέει *contr.* καλεῖ, καλέουσι *contr.* καλοῦσι.

Optat. καλέοιμι *contr.* καλοῖμι. καλέοις *contr.* καλοῖς. καλέοι *contr.* καλοῖ.

Conjunctiv. καλέῃς, καλῇς, καλέῃ καλῇ, καλέητον καλῆτον. *Infinitiv. ex* καλέειν καλεῖν.

Fit hoc & alias, *ut:* ποδῆς *pedes*, ex ποδέης. Α'πελλῆς ex Απελλέης. Απελλοῦ ex Απελλέου. Απελλῇ ex Απελλέῃ, Απελλῆν ex Απελλέην.

Nota. ε sequente αι in verbis contrahitur in η, *ut:* τύπτῃ pro τύπτεαι.

II. εε, εα, *&* εϊ mutantur in ει, εο, *in* ου, *ut ex* ἀληθὴς *verus fit Gen. Sing.* ἀληθέος. *contr.* ἀληθοῦς, *D. S.* ἀληθέϊ ἀληθεῖ. *Nom. plur.* ἀληθέες *contr.* ἀληθεῖς, *Accus. plural.* ἀληθέας ἀληθεῖς. *a* Βασιλεὺς *rex fit Dat. Sing.* βασιλέϊ *contr.* βασιλεῖ &c.

Ex ποιέω *facio*, *fit* ποιέετον. *contr.* ποιεῖτον, ποιέομεν *contr.* ποιοῦμεν, ποιέετε, ποιεῖτε, *Imperat.* πόιεε *contr.* ποίει. ποιεέτω *contr.* ποιείτω. *Partic.* ποιέον *contr.* ποιοῦν.

Fit hoc & in aliis, *Sic* Θουκυδίδης pro θεοκυδίδης. νουμηνία pro νεομηνία *novilunium.* ὀρειπλανὴς pro ὀρεϊπλανὴς *montivagus.*

Attici εο *in* ευ *contrahunt*, *ut:* Θευκυδίδης θεύφραςος *pro* θεοκυδίδης, θεόφραςος, πλεῦνας *pro* πλέονας, *plures.*

Exceptio. In Nominibus εε & εα nulla sequente Consonâ mutatur in η, si verò denuò Vocalis præcesserit, fit Contractio etiam in α, *ut ab* ἀληθὴς *fit A. S.* ἀληθέα *contr.* ἀληθῆ *N. A. & V. Dual.* ἀληθέε *contr.* ἀληθῆ. *At ab* εὐφυέα *ingeniosum fit* εὐφυᾶ *&* εὐφυῆ.

Sic

Sic Dores & Iones εα in η mutant, ut ἦρ ex ἔαρ ver, κῆρ ex κέαρ cor. Φρητὸς ex Φρέατος, quod eſt ex Φρέαρ puteus.

DISTINCT. III.

De

Illis, quorum prior Vocalis eſt ι.

1. Jota ſequente Vocali quacunque contrahitur in Jota, *ut ex πόλις civitas fit Dat. Sing. πόλιι contr. πόλι. N. Pl. πόλιες contr. πόλις A. P. πόλιας contr. πόλις.*

Fit hoc & in aliis, *Sic Δίφιλος pro Διίφιλος. χῖος pro χίιος Chius. ἱρὸς Ionicè pro ἱερὸς, ἱρεὺς pro ἱερεὺς. ἵρηξ accipiter, pro ἵεραξ, ἱρήιον, ἱερεῖον, victima.*

Nota. 1. *Quæ in Nominativo ſunt Monoſyllaba non contrahuntur, ut κὶς, teredo, κιός.*

2. *Loco Jota penultimæ (exceptis Accuſ. & Vocat. Singul.) aſſumitur Ionicè ε, quod deinde cum ſubſequente contrahitur modo dicto diſtinct. 2. & hoc N. T. perpetuum eſt.*

DISTINCT. IV.

De

Illis, quorum prior Vocalis eſt ο.

I. Οο, οε & οϐ contrahuntur in ϐ. *Ut ab αἰδὼς pudor, fit Gen. αἰδόος contr. αἰδϐς. Sic à χρυσόω inauro fit 2. & 3. Dual. χρυσόετον contr. χρυσϐτον, 3. Pluat. χρυσόϐσι contr. χρυσϐσι, Imperf. ἐχρύσοον ἐχρύσϐν, ἐχρύσοες contr. ἐχρύσϐς, ἐχρύσοε contr. ἐχρύσϐ &c.*

Fit

Fit hoc & in aliis. *Sic* λȣ́ω *lavo ex* λοέω. βόες *boves contr.* βȣ̃ς. τȣ̃ργον *pro* τὸ ἔργον *opus.* προὔλεγον *pro* προέλεγον *prædicebant*, τȣ̃νομα *pro* τὸ ὄνομα *nomen*, τȣ̃νδυμα *pro* τὸ ἔνδυμα, *vestis*, Φρȣ̃δος *pro* πρόοδος, *evanidus.*

Sic in Compositis, quando altera Compositionis pars ab ε *incipit, Attica hæc contractio locum habet. ut:* κακȣ̃ργος *male operans pro* κακόεργος, ἐυνȣ̃χος, σκηπτȣ̃χος *sceptritenens*, λυκȣ̃ργος. *pro* ἐυνόεχος, σκηπτόεχος, λυκόεργος.

Sed ab ὁμȣ̃ *Composita, & in quibus* ει *sequitur, non contrahuntur, ut:* ὁμοεθνὴς *conterraneus*, κερατοειδὴς *corneus*, σιγματειδὴς, *sigmatis speciem habens.*

Æolicè οο *contrahitur in* ω, οε *Doricè itidem in* ω, *ut:* αἰδῶς *pro* αἰδόος. ὠγὼ *pro* ὁ ἐγὼ, τȣ̃νδυμα *Atticè.* τὤνδυμα *Doricè. Sic* κρατερώνυξ *ungues fortes habens, pro* κρατερόονυξ. τιμωρὸς *pro* τιμόορος *ultor.* ὁμωρόφιος *pro* ὁμοορόφιος, *sub eodem tecto habitans.*

II. O cum sequente Jota sive nudè sive in Diphthongo posito contrahitur in οι. *Ut ab* αἰδὼς *fit Dat.* αἰδόϊ *contr.* αἰδοῖ. Αδηλόω *declaro* δηλόεις δηλόει *contr.* δηλοῖς δηλοῖ. *Optat.* δηλόοιμι δηλόοις δηλόοι. *contr.* δηλοῖμι δηλοῖς δηλοῖ. *Conjunct.* δηλόῃς δηλόῃ *contr.* δηλοῖς δηλοῖ. *Ita in aliis, ut:* οἶς *pro* ὄϊς, *ovis*, Φθοῖς *pro* Φθόϊς, *placentæ genus.* θοιμάτιον *pro* τὸ ἱμάτιον, *vestis.* πρόιμιον προόμιον *proœmium.*

Except. Infinitivi Præsens à Verbis in όω facit ȣ̃ν *non* οῖν, *quod imitantur Nomina in* όεις, *de quibus post, ut:* χρυσόειν *contr.* χρυσȣ̃ν *non* χρυσοῖν, πλακόεις, πλακȣ̃ς, *crustosus.*

III. O sequente η, α, vel ω contrahitur in ω, *ut: ab* αἰδὼς *fit Accus.* αἰδόα *contr.* αἰδῶ. *Ex* δηλόω *fit* 2. *&* 3. *Dual. Præs. Conj.* δηλόητον *contr.* δηλῶτον. *Fit hoc & in aliis, & quidem in quibusdam Compositis. Sic* χειρῶναξ *pro* χειροάναξ, ἑρμῶναξ ἑρμοάναξ. βῶξ *Doricè pro* βόαξ *vel* βόηξ, *Plinio box piscis genus.* τὤγαλμα *Ionicè pro* τὸ ἄγαλμα, *simulacrum,* ὤριςος *Æolicè pro* ὁ ἄριςος *optimus.*

Sic βώσω *Ionicè pro* βοήσω, νώσω *pro* νοήσω, *cogitabo.* βωθεῖν *pro* βοηθεῖν, *auxiliari.*

Nota οας *in Accusativo plur. contrahitur in* ȣς, *ut:* βόας *contr.* βȣ̃ς, μείζοας *contr.* μείζȣς, *majores.*

DISTINCT. V.

De
Illis, quorum prior Vocalis est Υ.

Υ sequente ε & α contrahitur in υ. *Et fit hoc in Nominibus Tertiæ per* ύος *declinatis, in Nom. Accus. & Vocativo Pluralibus, ut à* βότρυς *uva fit N. Pl.* βότρυες. *contr.* βότρυς. *Accus. Pl.* βότρυας *contr.* βότρυς. ἰχθύες *pisces contr.* ἰχθῦς. *In verbis, ut:* κλύετε *pro* κλῦτε *audite.*

Sic ταχύκοπτος *pro* ταχυύκοπτος *celeriter suspicax. Nisi potius ex* τάχα *&* ὑποπτικὸς *ut* α *deglutiatur.*

NOTA.

Hic duo præterea observabis. I. Iones υ. κ. σ. τ. positas inter duas vocales frequentissimè extrudunt: *& Attice post fit contractio: idque quantum nobis hic notare satis est.*

1. In

1. In Nominibus in ας purum & ρας Neutrius Generis Tertiæ *Declinationis*, *ubi demitur* τ, *ut:* κέρας *cornu*, *Gen. Com.* κέρατος. *Ionicè* κέραος, *Atticè* κέρως. κέρατι, κεραΐ, κέρᾳ. *Sic* πρῶτος *primus ex* πρόατος, *quod est pro* πρότατος.

2. In Accusat. Singul. Nominativo, Accus. & Voc. Pl. Comparativorum in ων & ον, *ubi tollitur* ν, *ut à* βελτίων *melior*, *fit A. S.* βελτίονα. *Ion.* βελτίοα, *Atticè* βελτίω, *à* μείζων *fit Nom. Plur. Comm. generis* μείζονες, *Ionicè* μείζοες, *Atticè* μείζους. *In Neut.* μείζονα, *Ionicè* μείζοα *con.* μείζω. *A. Pl* μείζονας, μείζοας, μείζους.

3. In Præteritis in ηκα, *ubi Iones tollunt* κ & *penultimam corripiunt*; *Attici vero Participia deinceps contrahunt*, *ut à* μάω *vehementer cupio*, *fit* μέμηκα, *Ion.* μέμαα. *Part.* μεμαώς. *Att.* μεμώς. *Fœm.* μεμῶσα *Neutr.* μεμώς. *Sic* βέβηκα βέβαα βεβαὼς *stans contr.* βεβώς. *Fœm.* βεβῶσα βεβὼς. ἑςὼς, pro ἑςαὼς ex ἵςημι *sisto.* γεγὼς pro γεγαὼς ex γέγαα γέγηκα à γάω *nascor*, *Fœm.* γεγῶσα, &c.

4. In Persona Secunda Præsentis, Imperfecti, & omnium Futurorum Passivæ & Mediæ Vocis, necnon Aoristorum Mediæ, *ubi tollitur* σ. *Sic* τύπτεσαι, *Ionicè* τύπτεαι, *Contr.* τύπτῃ. ἐτυπτόμην, ἐτύπτεσο. *Ionicè* ἐτύπτεο. *Contr.* ἐτύπτου. ἐτυψάμην, ἐτύψασο. *Ionicè* ἐτύψαο. *Contr.* ἐτύψω, ἐτυπόμην ἐτύπεο, ἐτύπου. &c.

II. Nomina Grammaticis ὁλοπαθῆ dicta & *sunt Nomina quædam in* οος, εος & *Neutr.* εον. *nec non nomina in* ένς, όεις, *quæ postquam semel* Con-

Contractionem ſuſceperunt in Maſculino & Nominativo, eandem, ſervatâ cujuslibet Declinationis Terminatione, per omnes Caſus retinent, niſi ultima Declinat. (in quam incidit Contractio) Vocalis fuerit brevis, tunc enim Longa ex Terminatione Nominat. repetenda eſt, ut: νόος *mens, contr.* νῦς; νῦ, νῷ, νῦν, νῦ. ἁπλόος *contr.* ἁπλῦς *ſimplex G.* ἁπλῦ, *D.* ἁπλῷ, *Acc.* ἁπλῦν, *V.* ἁπλῦ *Dual. N. Accuſ. & Voc.* ἁπλῶ. *G. & Dat.* ἁπλοῖν. *in Declin. Secunda Fœm.* ἁπλόη *contr.* ἁπλῆ, *G.* ἁπλῆς, *D.* ἁπλῇ, *Acc.* ἁπλῆν, *Voc.* ἁπλῆ. *Dual. N. A. V.* ἁπλὰ. *Gen. & D.* ἁπλαῖν. *in Decl. 1 Plur. Nom.* ἁπλαῖ. *G.* ἁπλῶν, *Neutr.* ἁπλόον, *contr.* ἁπλῦν, *Plur.* ἁπλᾶ. *&c. Sic* ἀργύρεος *argenteus* ἀργυρῦς, *G.* ἀργυρῦ, *D.* ἀργυρῷ. *Acc.* ἀργυρῦν *&c. Fœm.* ἀργυρᾶ, *Gen.* ἀργυρᾶς, *Dat.* ἀργυρᾷ, *Acc.* ἀργυρᾶν *&c. Cur hîc ſit* α, *dicetur p 97. inferius.* Ἀγακλεής, ἀγακλῆς *valdè celebris, unde caſus formantur reliqui. Fit id & in Nom. in* ηης *&* ηεις, *ubi Uſus conſulendus. Hom. Iliad. 6. dicit* τιμῆντα *pro* τιμήεντα *honorabilem. Sic brevis ob longam abſorbetur. Vid. p. 12. num. 2.*

Regula: Compoſita ex νόος *mens,* ῥόος *fluxus,* πλόος *navigatio,* χνόος *raſio,* χρόος *color,* ſunt Nomina ὁλοπαθῆ. *Ut* ἄνοος ἄνυς *demens,* κατάῤῥοος κατάῤῥυς *defluxus.* ῥοδόχροος ῥοδόχρυς, *roſeo colore infectus, &c.*

ARTICULUS II.

De Literarum abjectione ſeu Apoſtropho.

I. A, ε, ι, ο, ut & αι & οι nudè in fine Dictionis abſque Conſonante ſequente collo- II. Excluduntur.

C

Apo-ſtro-phus. collocata, frequenter per Apoſtrophum ob Vocalem ſequentis Dictionis initialem abjiciuntur. *Dicitur hæc figura Grammaticis Apoſtrophus, & Syllabæ eliſionem patienti additur ſuperius adhærens circellus, ut* πάντ᾽ ἔλεγον *pro* πάντα ἔλεγον. Νύχθ᾽ ὅλην *pro* νύκτα ὅλην.

Nota. Jota Dativi apud Oratores nunquam, apud Poëtas rarò abjicitur.

2. Vocales Longæ per Apoſtrophum non tolluntur. *Hinc apud Poëtas Prima Brevis ſubſequentis Dictionis tollitur, ut,* ἀρετὴ ᾽ςι *pro* ἐςί. *Eurip. in Hec.* πῦ ᾽σθ᾽, ἵνα, *pro,* πῦ ἐςὶ *ubi eſt.*

Comici tamen & Tragici interdum Longas tollunt, ut: ἡμεῖς δ᾽ ἄτεκνο τῦ πίσ᾽ ὦ τάλαιν᾽ ἐγώ. *Nos vero liberis deſtitutæ impoſterum* (τὰ ὀπίσω) *ô miſeram me! Eurip. Hec.* 514.

II. Interdum per Apoſtrophum duæ Dictiones in unam quaſi contrahuntur appoſito ſigno Apoſtrophi, *ut:* κἀκεῖνο *pro* καὶ ἐκεῖνο. Κἀκεῖ, τῦνομα *pro* καὶ ἐκεῖ, τὸ ὄνομα.

Signum hoc Apoſtrophi quandoque, imprimis verò apud Comicos, perit, ut: διὸ *pro* δι᾽ ὅ. Καθάπερ *pro* κατὰ ἅπερ. *Sic* ἐγῷμαι *ego arbitror, pro* ἐγὼ οἶμαι. θοιμάτια *pro* τὰ ἱμάτια *veſtimenta,* ἐμῦποδύνει *pro* ἐμοὶ ὑποδύνει *mihi ſubit. Quin & aliæ Dictiones Atticorum more ſub uno eodemque Tono conjunctæ reperiuntur. Sic* τοδεύτερον *pro* τὸ δεύτερον *ſecundò.* παραπολὺ *admodum,* τοπλέον *amplius. Concurrunt itaque Apoſtr. & Contractio.*

Huc pertinent Verba ſeu Vocabula Compoſita.

Præpoſitiones enim in Compoſitione ultimam

mam Vocalem amittunt, quando altera Compoſitionis Pars à Vocali vel Diphthongo incipit, *ut:* *παρακέω perperam audio, ex παρὰ & ἀκέω, ἀφαιρέω aufero ex ἀπὸ & αἱρέω, κάθημαι ſedeo, ex κατὰ & ἧμαι, διήγησις narratio, ex διὰ & ἡγέομαι, exiſtimo.*

Excipe: περὶ & πρὸ neque in Compoſitione, neque per Apoſtrophum ultimam abjiciunt.

III. Vocabula Declinabilia Oxytona Apoſtrophum patientia Accentum ex ultima in proximè præcedentem rejiciunt, quæ ſemper acuitur, *ut:* *χρήςʼ ἤθη boni mores, δεῖνʼ εἶπε gravia dixit, κάκʼ θεὸς εἶπε, κάκʼ ὃ i.e. κακὰ mala.*

Nota: Hæc tamen non ita intelligenda, ac ſi ſemper Apoſtrophus, quando poteſt, adhibeatur, ſed quod hoc modo, quando id fit, Apoſtrophus ſe habeat. Cavendum vero inprimis, ne faciendæ eliſionis ergo ambiguum aut ridiculum oriatur Verbum. Ariſtophanes enim Poëtam quendam exagitat, qui dixerit, ἐκ τῶν κυμάτων αὖθις εὖ γαλήνʼ ὁρῶ, è fluctibus iterum bonam tempeſtatem video. Nam Auditor intelligere poteſt γαλῆν muſtelam, quod ſententiam reddit ridiculam. Caninius p. 94. Helleniſm.

ARTICULUS III.

III. Conſona interponitur.

De

Literæ ν interpoſitione ſeu de ν ἐφελκυςικῷ.

Dativis Pluralibus in *σι* & Verbis tertiæ Perſonæ in *ι* & *ε* deſinentibus ob ſequentem Dictionis ſequentis Vocalem initialem vel Diphthongum Græci addunt *ν ἐφελκυςικὸν*,

ut: πᾶσιν εἶπεν ὁ χριςὸς, *pro* πᾶσι εἶπε. *Omnibus Christus dixit. Vide etiam. p.* 51. *med. nec non p.* 50. *fin.*

XV. Vocales immutabiles sunt η, ι, υ, & ω, *quæ sic dicuntur, quia in Præteritis & Aoristis Verborum non mutantur, seu Augmentum Temporale non sustinent.*

De Consonantibus.

Consonantes. XVI. *Hactenus de Vocalibus, sequuntur nunc Consonantes.*

Consonantes sunt 17. β. γ. δ. ζ. θ. κ λ. μ. ν ξ. π. ρ. σ. τ. φ. χ. ψ. & *dividuntur ratione* Quantitatis, Qualitatis & Loci.

XVII. *Ratione Quantitatis in* Simplices & Duplices.

Conson. Duplices. XVIII. Duplices *sunt tres:* ζ, ξ, ψ *valet* σδ *Clen. & alii.* γσ, κσ, χσ. πσ, βσ, φσ.

Nota 1. *Duplices à Palamede & Simonide inventas esse scribit Plin. lib. 7. cap. 56. Verùm testibus Nobilissimis Grammaticis non tam adjumentum, quàm impedimentum Linguæ attulisse videntur. Confunduntur enim sic à nobis characteristicæ originales, ut:* φλὸξ *pro* φλὲγς, *flamma: quod patet ex Genitivo* φλογὸς. κόραξ *pro* κόρακος *corvus,* κόρακος. θρὶξ *capillus,* τριχὸς.

p. 43.

2. *Dico* ζ *valere* σδ, *secus ac aliis videtur ob has & alias rationes,* (1) *quia nulla Dictio in* ζ *exit, si verò valeret* δσ, *quid obstaret, quò minus finale* ζ *fieri posset?* (2) *quia* δ. τ. θ. *alias Consonantes non præcedunt præter* μ. ν. ρ. (3) *Quia* ν *in* σὺν, *quod mutandum est ante* σ *in* σ, *tollitur, ut* συζάω *pro*

p. 40. p. 41.

pro συσζάω, *unà vivo*, *sicut* συςέλλω *contrabo. Antè* δ *verò cum* υ *maneat*, *ut* σύνδρομος *concurrens*, *si* ζ *valeret* δσ, υ *mansisset*, *adeoque extrudi haut debuisset. Vide etiam p.43. num. 4.*

Regula de his Duplicibus.

Quando inter Declinandum & Conjugandum duæ concurrunt Consonantes, quæ unâ Duplici efferri possunt, Duplex assumenda est, *ut:* τρέπω; *verto*, τρέψω pro τρέπσω. λέγω, *dico*, λέξω pro λέγσω, τέτυψαι pro τέτυφσαι *verberatus es.* λέλεξαι pro λέλεχσαι *dictus es.* κόραξι, *corvis*, pro κόρακσι. Ἄραψι pro Ἄραβσι.

XIX. *Simplices sunt quatuordecim, & dividuntur in Mutas & Liquidas.*

Mutæ sunt novem: quæ dividuntur in	Tenues, π. κ. τ.
	Medias, β. γ. δ.
	Aspiratas, φ. χ. θ.

Liquidæ sunt λ. μ. ν ρ. & tandem addendum σ. dictum Μοναδικὸν Γράμμα *seu Solitaria Litera.*

XX. *Ratione* Qualitatis *seu Organorum dividuntur in* Palatinas γ. κ. ξ. χ. גיכק *quas ad palatum lingua efformat mediâ sui parte.*

Labiales β. μ. π. φ. ψ. בומף *quæ vel labiis à se displosis, ut:* β. π. φ. ψ. *vel ad se invicem compressis efferuntur, ut* μ.

Linguales δ. ζ. θ. λ. ν. τ. דטלנת. *Formantur linguâ à dentibus & palato resultante.*

Dentales ρ. σ. זסצרש.

XXI. *Sunt vero hæ Literæ Mutabiles & Immutabiles.*

Mutabiles sunt respectu vel Formationis, *vel*
p. 43. Connexionis, *vel* Dialectorum.

Conso-nantes muta-biles. I. in For-matio-ne.

De Mutatione respectu Formationis.

REGULÆ,

I. Literæ unius instrumenti facilè inter se permutantur. *Et hæc regula Hebræo, Chaldæo, Syro, & Arabico Idiomati cum Græco communis, & magni usus est, ut Linguas conferenti patebit. ut:* λέγω, λέξω, λέλεχα, λέλεγμαι, λέλεκται, ἐλέχθην. τύπτω, τύψω, τέτυφα, τέτυμμαι, τέτυπται, ἐτύφθην. φράζω *dico*, φραδῶ, ἔφραδον. ἀλαλάζω *ejulo*, ἀλαλάξω, ἠλάλαχα. κόραξ, κόρακος *corvus.*

II. Duplex σ in formatione Temporum Communi non concurrit, unde unum tollendum, *ut:* πέφρασμαι πέφρασαι, *non* πέφρασσαι.
p. 157. *Considerantur dico in formatione. Aliàs enim in Imperfecto & Præsenti Duplex σσ Characteristicum Thematis occurrere, quis, nisi hospes in his, negaret?*

III. σ in δ. θ. τ. mutatur, *ut:* ἔρις ἔριδος *lis*, χάρις χάριτος *gratia.* ὄρνις ὄρνιθος *avis. Vide p. 50. num. III. ubi ν in σ transit.*

Immutabiles in formatione sunt Liquidæ λ. μ. ν. ρ.

De Mutatione respectu Connexionis.

II. In Con-nexio-ne,

XXII. *Respectu* Connexionis *inprimis* sunt Mutabiles Mutæ & μ.ν. è liquidis.

Regulæ de Mutarum mutatione.

I. Tenuis Tenuem, Media Mediam, & Asperata Asperatam ante se requirit; *Unde si*

Medi-

Mediam præcedit Tenuis vel Asperata, Tenuem Media &c. mutanda illa est, ut: λέλενται pro λέλεγται, τέτυπται pro τέτυφται, ἐτύφθην pro ἐτύπθην. ἕβδομος ex ἑπτὰ *septem.* ὄγδοος ex ὀκτὼ. καδδῦσαι *immersisse* pro κατδῦσαι ex καταδῦσαι. καδδύναμιν, *pro viribus* pro κατδύναμιν ex κατὰ δύναμιν.

Fit & hoc sequente post Tenuem in vel extra Compositionem Vocali Asperatâ, *ut:* καθεύδω ex κατὰ & εὕδω *dormio*, ἀφοπλίζω ex ἀπὸ & ὁπλίζω *armo.* νύχθ' ὅλην pro νύκτ' ὅλην, *noctem integram.*

Exceptio: Composita ex ἐκ excipiuntur, *ut:* ἐκβαίνω *egredior*, ἔκθλιψις *deliquium*, ἔκφρασις, *descriptio.*

II. T. ante Mutas alias & liquidas in easdem mutatur, *ut:* κάππεσε pro κατέπεσε *cecidit.* καππεδίον *per campum*, pro κατὰ πεδίον. κάββαλε pro κατέβαλε, *abjecit*, καλλείπεις pro καταλείπεις *relinquis*, καμμύξας pro καταμύξας *lacerans.* καννεύσας pro κατανεύσας *annuens*, καρρέζειν pro καταρέζειν, *demulcere.*

Nota 1. Asperata seipsam, eandem asperatam, immediatè nunquam antecedit, unde prioris loco ejus Tenuis repetenda, *ut:* κάτθανε pro κάθθανε è κατέθανε, *mortuus est.* κακχεῦσαι pro καχχεῦσαι ex καταχεῦσαι, *effundere*, κάπφαγε pro κάφφαγε ex κατέφαγε, *comedit.*

2. δ. τ. θ. *nunquam priorem, sed semper postremum inter affines locum occupant, ut:* πίπτω *cado, ex* πέτω, *vel* δ. τ. θ. nullas præcedunt Consonantes, præter μ. ν. ρ. *Hinc est, quòd in Dativo Plurali* p. 114. 154.

Tertiæ Declinationis, & in formatione Fut. 1. *ante* σ *tollantur, ut:* μονὰς, *unitas,* μονάσι *pro* μονάδσι. πλήθω, *repleo,* πλήσω *pro* πλήθσω.

III. Duæ Asperatæ in Dictione Simplici in duabus Syllabis immediatè se subsequentibus non concurrunt, *unde alterutra ex istis mutanda est in suam Tenuem. Mutatur vero* Prior *vel* Posterior.

Prior *mutatur* 1. in quibusdam Nominibus & *Verbis, ubi utraque est originalis, ut:* τρέφω, *nutrio,* θρέψω, τέθραμμαι, ἐτρέφθην. θρὶξ, τριχὸς *capillus.*

2. *Quando eadem Aspirata seipsam præcederet. Vide Reg.* 2. *not.* 1. *p.* 39.

3. In Augmento, *ubi loco Aspiratæ ejus Tenuis repetitur, ut:* τεθεώρηκα ex θεωρέω *specto. Huc refer & Reduplicationem, ut:* τίθημι pro θίθημι.

4. In Formatione Aor. 1. *Passivæ Vocis, ubi ob* θην *Terminationem ipsa Originalis mutatur, ut:* ἐτάφθην ex θάπτω, *sepelio.* ἐτύθην ex θύω, *sacrifico.* ἐτέθην ex θέω *pono,* ἐτρέφθην ex τέθραπται.

5. Posterior mutatur *in Terminatione Imperativa* θι, *ut:* τύφθητι pro τύφθηθι, τίθετι pro τίθεθι, *ut:* δίδοθι, *da,* ζεύγνυθι *junge, &c.*

Nota. 1. *Quando ultimam Aspiratam præcedit Liquida, tunc utraque subsistere potest, ut:* θαλφθεὶς *ex* θάλπω *demulceo, Iliad.* α. δεινὼ δὲ οἱ ὄσσε φάανθεν *valde vero oculi micuerunt.*

2. *Ob Euphoniam quandoque duæ Aspiratæ, imprimis si prior est Vocalis Aspirata, vel ex Vocali Aspirata orta, concurrunt, ut:* ἀφέθην *relictus*

ctus sum. ὅθεν *unde.* ὅθι *ubi.* θέσθαι, *ob euphoniam elegantiùs dicitur quam* τέσθαι. ἀφὴ *commissura.*

Regulæ de Mutatione μ. ν. *& aliarum Consonantium.*

I. M. Palatinas ante se in Formatione mutat in γ, Labiales in μ, *ut:* λέλεγμαι pro λέλεχμαι, ὤρυγμαι pro ὤρυχμαι, *effossus sum*, τέτυμμαι pro τέτυφμαι.

Hanc Regulam huc reducere maluimus ob singularem suum usum, licet non agat de Literæ μ *mutatione, sed Consonantis præcedentis.*

II. N. In compositione ante Labiales in μ: ante Palatinas in γ transit, *ut:* ἐμμένω pro ἐνμένω *immaneo.* συμπλοκὴ pro συνπλοκὴ, *conflictus*, συμφέρω pro συνφέρω, *confero.* συγγενὴς pro συνγενὴς, *cognatus.* συγχέω pro συνχέω, *confundo.* συγκλείω, *concludo* pro συνκλείω. συγκληρονόμος, pro συνκληρονόμος, *cohæres*, *Eph.* 3. 6.

III. N. ex σὺν ante λ. ρ. σ. in Compositione in sequentem mutatur, *ut:* συλλέγω, *contraho.* συῤῥέω, *confluo.* συσσιτέω, *simul vescor.* σύσσωμος, *concorpor.*

Exceptio. 1. N *in præpositione* ἐν *ante* σ *manet. ut:* ἐνσκιατροφέμενοι *umbratili vitâ coaliti.* ἐνσείω, *incutio.*

2. N. *ante* ζ, σκ, σπ, ς, σφ, σχ, *in Præpositione* σὺν *ultimam, quæ alias in* σ *transiret, abjicit, vid. Reg.* 5. *subsequ.* συζάω, *convivo.* συσκάπτω *una fodio*, συσπείρω, *conglomero*, συςέλλω, *contraho*, συςφίγγω, *constringo*, συσχηματίζω, *conformo.*

IV. In Compositis, quando prior pars desinit

p. 63. in vocalem & posterior à ρ incipit, ρ geminatur, *ut: ἄῤῥητος ineffabilis* pro ἄρητος. βαθύῤῥοος *profunde fluens. Sic & in Augmentis, ut*: ἔῤῥιπτον ex ῥίπτω.

Excipe Composita ab ευ *& alia nonnulla, ut:* εὔρωστος *bene robustus*, Φιλορήτωρ, *amans Rhetorices &c.*

V. Tres Consonantes immediatè non concurrunt, nisi vel prima, vel ultima, vel utraque fuerit Liquida, vel prima Naturam Liquidæ habuerit, *ut:* ἐσθλὸς *bonus.* ἆσθμα *anhelitus.* λαμφθεὶς *illustratus*, ex λάμπω *illustro.*

Hinc est, quod in Tertia Plurali Præt. Passivi Periphrasis in quibusdam adhibeatur, nec non σ *(vide Except. 2. ad Reg. 3. p. 41.) excludatur. Dicendum enim esset* τέτυφνται, λέλεχνται. τέτυφσθον, λέλεχσθον, *quam formam Græca Lingua non patitur, ut videbimus suo loco.*

Regula Generalis de Mutatione omnium Literarum.

Mutans quando perit, vel aliud quoddam intercedit, mutata redit, *ut:* ἐμμένω *in Imperf.* ἐνέμενον. θρὶξ, τριχὸς, θριξί. τρέφω, θρέψω, ἐμβάλλω *injicio*, ἐνέβαλλον.

De Mutatione respectu Dialectorum Regulæ Generales.

1. Ab Æolibus & Poëtis omnes ferè Consonantes geminantur, maximè post Vocalem brevem, & præsertim, quando hæc ex abjectione Subjunctivæ è Diphthongo relicta est, *ut:* σελλάνα pro σελήνη *luna*, ἐγέῤῥω pro ἐγείρω *excito*, ἔμματα pro εἵματα *vestimenta*, ἄμμες pro ἄμες *Dori-*

Dorico, ex ἧμεῖς, ἐννέπω *pro* ἐνέπω *dico*, ὅττη pro ὅπη, *ubi*, ὅσσον pro ὅσον, *quantum*.

2. Contra Geminatarum una frequenter abjicitur, *ut*, τέτορες pro τέτταρες *quatuor*. κάλιον pro κάλλιον *melius*, ἔρεξα pro ἔῤῥεξα *feci*, κρόμυον pro κρόμμυον *cepa*.

3. Consonantes à Poëtis sæpè transponuntur, *ut*: ἔμμορα pro μέμορα *particeps sum*. ῥέριφα pro ἔῤῥιφα *projeci*. ἔπραθον pro ἔπαρθον *vastavi*. δέδρονα pro δέδορκα *aspexi*. καρτερὸς pro κρατερὸς *fortis*. κραδίη pro καρδίη, καρδία *cor*.

4. Æoles resolutè scribunt, & interdum inversè proferunt ac exprimunt Duplices, *ut*: σδυγὸς & δσυγὸς pro ζυγὸς *jugum*, κσένος pro ξένος *hospes*, πέλοπς pro πέλοψ, σπέλλιον pro ψέλλιον *frenum*, quod est pro ψάλιον.

5. Iones Asperatas in Tenues vertunt, & contrà Tenues in Asperatas, *ut*: αὖτις pro αὖθις *iterum*, κατ᾽ ὃ pro καθ᾽ ὃ, ἀπίστημι pro ἀφίστημι *disjungo*. δέκομαι pro δέχομαι *accipio*, unde in Compos. δωροδόκος *munerum acceptor*, κατῆλιψ *scala* in Genit. κατήλιπος pro κατήλιφος, ἀμπὶ pro ἀμφὶ. πανὸς pro φανὸς *lucidus*.

Sic: *Latinè* ex λήθω *Doricè* λάθω *lateo*, ποθῶ *opto*, μίνθη *menta*, *acus aceris* ex ἄχυρον.

In eadem voce ἐναλλὰξ *alternatim*, *utrumque occurrit*, *ut*: κιθὼν pro χιτὼν *tunica*, ἐνθεῦτεν ἐντεῦθεν *hinc*.

Inde factum, *ut Usus etiam Communis quædam ab Ionibus accepta retinuerit*, *ut*: λεύκιππος, Κράτιππος. *Caninius p.* 11. *Hellenism.*

Errat hìc Triclinius, *qui* ἀντήλιος, *quod est pro* ἀνθήλιος *soli adversus ab* ἀνατόλιος *format*. *Ob*

Observationes Speciales.

β. I. β.

Γ. 1. Pro β sumunt γ Dores, *ut:* γλέφαρα *Eust.* Doricè dici tradit pro βλέφαρα, *palpebræ.*

Δ. 2. Doricè mutatur, β in δ, *ut:* ὀδελὸς pro ὀβελὸς, *obolus, apud Nicand. in Theriacis.*

Ζ. 3. Macedonicè in ζ, *ut:* ζέρεθρον pro βέρεθρον, id est, βάραθρον, *barathrum.*

Φ. 4. Quandoque in φ transit, *ut:* ἀμφιλαφὴς pro ἀμφιλαβὴς *copiosus.* ἀμφιλαφία *apud Ciceronem ad Q. Fratrem* pro ἀμφιλαβία, *uti & nonnulli codices legunt.* Θρίαμβος, *triumphus.*

His adde, quod abundet quandoque, quandoque deficiat.

Abundat. 1. Syracusano & Laconico more Vocalibus præponitur, *ut:* ἔβασον pro ἔασον *permitte, teste Etymol. qui itidem* ἔβαται pro ἔαται *dici annotat.*

2. Æoles ante ρ ponunt β, quando sequens Syllaba habet κ, δ, τ, *ut:* βρήτωρ ῥήτωρ *Rethor.* βρόδον pro ῥόδον, *rosa.* βραδινῷ pro ῥαδινῷ *gracili.*

Abundat in medio in Syncope post μ, *ut:* μεσημβρία pro μεσημερία *meridies.* γαμβρὸς pro γαμηρὸς, *gener.*

Deficit. Deficit Atticè in medio quandoque, *ut:* βόλιτον *Atticè secundùm Aristophanis Schol. pro* βόλβιτον, *stercus bubulum.*

γ. 2. γ.

Β. 1. Bœoticè in β transit, *ut:* βανῆκες pro γυναῖκες, *mulieres.*

Δ. 2. Æolicè in δ, *ut:* δνόφος pro γνόφος *tenebræ, teste Hesych. Eustathius verò contrarium asserit, &* γνόφος *Æolibus adscribit, addens* δνόφος συνήθως *dici.*

3. Io-

3. Ionicè in ζ, *ut:* ὄλιζον pro ὀλίγον *parum.* Φύζα pro Φυγὴ *fuga. Eustath. sibi hic non constat, quandoque Æolicum, quandoque Ionicum esse ait.* Z.

Latini in κ *mutant:* ἀμόργη, *amurca.* γωρυτὸς, *corytus.* εἴργω *arceo. Sic ex* גמל κάμηλος *camelus.* κυβερνάω *ex* גבר *roborare.* κυλίω *ex* גל *volvere.* Κήρυξ *præco à* γῆρυς *vox, Hesych.*

Abundat 1. ab initio, *ut:* γέντο pro ἔντο, quod Doricè pro εἵλετο. *Vid. p. 5. Lexic. H. Steph.* γοῖνος, οἶνος *vinum. Hesych.* γλάμων *lippus à* λήμη, *lippitudo.* Abundat.

2. In medio, *ut:* ἀγνοέω, *ignoro,* ex νοέω.

Sic Æolicè ante χ, *& Ionicè ante* κ *quandoque interseritur, ut:* πλαγχθεὶς pro πλαχθεὶς, *huc illuc jactatus.* ἔκταγκα pro ἔκτακα, *interfeci.* ἔκλαγξαν pro ἔκλαξαν, *à* κλάζω, *clango.*

Sic Latini gnatus ex natus, gnavus pro navus. γλῶσσα *ex* לשון *lingua.*

Tollitur ab initio, *ut:* αἶα γαῖα, *terra. Lac* ex γάλα γάλακτος, *rana* ex γρῦν γρυνὸς, *uti canis à* κυνός. Deficit.

In Medio, Bœoticè ἰώ & ἰὼν pro ἐγώ.

3. δ. δ.

1. Æolii & Bœoti mutant in β, *ut:* σάμβαλα pro σάνδαλα. *Hesych. calceamenta muliebria.* B.

Sic δὶς, *bis,* δίπες *bipes, duellum bellum. Duellius Bellius, ut docet Cicero in Oratore, duonus bonus.*

2. Pro δ quandoque est γ, *ut:* κρήγυον *bonum, quasi* κηρήδυον, *seu* κηρὶ ἡδὺ *cordi jucundum. Apud Hesych. & Hippocr. scribitur per* ι. κρήγιον. Γ.

3. Æoles pro δ habent ζ, *ut:* ζιαβάλλειν Z.

vel

vel *ζαϐάλλειν pro διαϐάλλειν calumniari. Sic*
p. 289. *quem Græci Theologi dicunt* διάβολον, *Hilarius & alii Latini dixere Zabolum vid. Voss. de vitiis latin. sermon. & Barth. ad Phœbadium p. 48.* ζάκορος *pro* διάκορος *ædituus.* ζάπλουτος *pro* διάπλουτος *valdè dives.* ζαφλεγὴς *pro* διαφλεγὴς *valdè ardens.*

Θ. 4. Doricè & Æolicè mutatur in θ, *ut:* θάσος pro δάσος *densitas*, ψύθος, ψεῦδος *mendacium.* ἔθω ab ἔδω *edo. Unde Eustath.* οἱ (*Dores videlicet*) καὶ τὸν μαδὸν μασθὸν λέγουσι καὶ τὸ ψεῦδος ψύθος, ἄραντες τὸ ε.

Sic in Derivatis, ut à μήδομαι *curo* προμηθής.

Σ. 5. δ In illis, quæ Syncopen patiuntur, in σ mutatur, *ut:* ᾔσμεν ex ᾔδειμεν *noveramus, Etymolog.* ᾔστην ex ᾐδείτην, *noverant.*

Latinis per l. exprimitur, ut: δάκρυμα *lacrymæ.* ἄδακρυς *alacris.* Ὀδυσσεὺς *Ulysses. Sic sella à sede, oleo ab odor.*

Abundat. Abundat: In medio post β interseritur. *ut:* χαλυβδικὸς pro χαλυβικός. Sic ὕδωρ ex ὕω *pluo.* ἀνδρὸς ex ἀνέρος, *viri.*

Sic Latini: Redeo, prodest.

Sic Muretus lib. 1. ep. 4. v. 13. Horatii legit: Omnem crede diem tibi diluxisse supremum, *ex quo factum diluxisse. Sic pro* malè ominatis *Lib. 3. Car. Od. 14. v. 10. legendum putat:* malè dominatis. *Vide Var. Lect. Lib. 15. cap. 19.*

Deficit. Deficit. Ob metrum apud Poëtas cadit, *ut:* μόλιβος μόλιβδος *plumbum. Sic ex* κάδδος *cadus.* Sic Ionice & Æolice tollitur aliquando, *ut:* αἰνός *ex* δεινός, *cujus Etymolog. & Eustath. meminit.*

nit. Orion verò apud Etymologicum ponit & aliud etymon, videl. à δαΐς pugna.

Item δ ex Obliquis Barytonorum in ις & υς Ionicè, Æol. & Dor. abjicitur, *ut:* Πάρις *Paris* Πάριος, ι, pro Πάριδος, ιδι: νέηλυς *novitius*, λύος λύϊ pro λύδος λύδι, *ex* ἔριδας *est* ἔριας *& Contractè* ἔρεις, *quasi ex* ἔρεας, *Contentiones.*

4. ζ. — ζ.

1. Pro ζ capiunt δ Attici, *ut:* κνίδη pro κνίζα *sculptura*, μαδὸς *Doricè* pro μαζὸς *mamma*, *ut: Eustath. tradit ex Heraclide. Hinc & in Derivatis, ut:* ἕδος *sedes* ex ἕζω, *colloco.* Δ.

Sic pro Mezentius dixere Veteres Medentius.

2. Lacedæmonii & Bœoti in medio mutant ζ in duplex δ, *ut:* θερίδδειν pro θερίζειν *æstivare*, μάδδα pro μάζα, *massa.*

3. Antiqui pro ζ usurparunt σ, *ut:* ΣΗΘΟΝ pro ΖΗΘΟΝ, *Hugo Grot.* Σ.

4. In Verbis in ζω Tarentini mutant ζ in σσ & Attici in ττ, *ut:* σαλπίσσω pro σαλπίζω *buccino.* συρίττειν pro συρίζειν *sibilare. Dores in* ξ. p. 156.

Sic Latin. musso ex μύζω. *Plautus Atticissare ex* ἀττικίζειν. *Terentius patrissare ex* πατρίζω, *& ex* σικελίζω *sicelisso.*

Latini antiquitus, antequam ζ *admitterent, G. pro eo usurpabant, dicentes Getum, quem nunc Zetum dicimus. Scal. in Animadv. ad Euseb.*

Additur in quibusdam Verbis in ύω, *ut:* μύζω ex μύω *claudo.* ἑρπύζω ex ἑρπύω *repto.* Abundat.

5. θ. — θ.

1. Pro θ in Derivatis inprimis, frequentissimè

ΔT. me est δ, τ, *ut:* ἔλδω pro ἐθέλω, *per Metathesin.* γηθέω, *gaudeo.* πέρθω, *perdo.* ἔνθεν, *inde.*

Σ. Pro θ Laconicè sumitur σ, *ut:* σιὸς pro θεὸς, σίσυφος quasi θεόσοφος, *vid. Meursii Miscell.*

Φ. 3. Æolicè mutatur in φ, *ut:* φλίβω pro θλίβω, *premo.* φλᾶν pro θλᾶν, *contundere: Eustath.*

X. 4. Creticè & Doricè in χ, *ut:* ὄρνιχες pro ὄρνιθες, *aves.*

Abundat. Abundat 1. ab initio. Dictioni enim à Vocali asperata incipienti Poëticè præponitur θ, *ut:* θάμα pro ἅμα *simul.*

2. In Medio, inprimis post χ Doricè, *ut:* τριχθὰ pro τρίχα, *trifariam. Fit hoc* πρὸς τραχυφωνίας ἔνδειξιν, *i. e. ad asperitatem vocis indicandam.*

Sic πέπονθα pro πέπονα ex πονέω *laboro Eust. & Etymol.* ἑπταθόργυιοι pro ἑπταόργυιοι *septem ulnas longi. Schol. Hephæstion. p.* 24.

Deficit. Deficit Doricè, *ut:* ἐσλὸς pro ἐσθλὸς *bonus.*

K. κ.

Γ. 1. Pro κ Atticis recentioribus est γ. *Antiqui enim Attici, teste schol. Aristoph. dixere* κνάπτω, *carmino,* κνάφος *carduus fullonius,* κναφεὺς *fullo* (een Voller) κνάμπτω, *incurvo, pro quo recentiores* γνάπτω, γνάφος, γναφεὺς, γνάμπτω *&c. Sic in Lat. guberno à* κυβερνάω.

Ξ. 2. Bœoticè ξ, *ut:* εἴξασιν pro εἴκασιν *similes sunt. Vide Henricum Steph. Sic* מון מוך *Ebr. maritum esse.*

T 3. Doricè τ. *ut:* τῆνος pro κεῖνος *ille.*

Abundat. Abundat 1. in quibusdam Anomalis à Futuro formatis, *ut:* ἀρέσκω, *placeo,* ex ἀρέσω. μεθύσκω, *inebrio,* ex μεθύσω.

4. Poë-

2. Poëticè interseritur & Æolicè, *ut:* ὄκχος pro ὄχος *currus.* ὀκχέω pro ὀχέω *veho.*

Tollitur quoque initio, *ut:* ὑβὸς pro κυφὸς *incurvus.* ἄυχημα pro καύχημα *gloriatio.* Deficit.

Iones è Præteritis κ subtrahunt, & penultimam longam interdum simul corripiunt, *ut:* μέμαα pro μέμηκα *paratus sum,* ἕςαα pro ἕςακα *steti.* p. 32.

Sic Varr. lib. 4. de LL Apri dicuntur ab eo, quod in locis asperis degant: nisi à Græcorum potius, κάπρος. μαλακὸς *mollis, vid. Scalig. Exercit.* 134.

7. λ.

1. Pro λ Atticè est γ, *ut:* μόγις *pro* μόλις *vix:* Γ.

2. Doricè pro λ sequente θ vel τ sumitur ν, N. *ut:* ἦνθον pro ἦλθον *veni.* βέντιςος pro βέλτιςος *optimus.* Ex γρυλλίζω *grunnio,* μέγαλος *magnus.*

3. Atticè pro λ est ρ, *ut:* κρίβανος pro κλίβανος *clibanus.* ἀργαλέος pro ἀλγαλέος *magnus.*

Abundat. In derivatione, *ut:* κυδάλιμος *gloriosus* ex κῦδος *gloria,* εἰδάλιμος *formosus* ex εἶδος *species,* pro κύδιμος, εἴδιμος. Abundat.

Sic Latin. ἔγχελυς *anguilla,* κολώνη *collis.*

Et per geminat. relligio, relliquiæ.

Deficit. Poëtæ sæpè & ab initio & in medio extrudunt, *ut:* αἰψηρὸς pro λαιψηρὸς *celer,* εἴβω pro λείβω *libo.* θρυλῶ pro θρυλλῶ *susurro.* θάλεσαν pro θάλλεσαν, *pullulantem Nicand. Sic Martialis Marcelianum dixit pro Marcelliano. Canin. Hellenism. p.* 34. Deficit.

8. μ.

1. Pro μ Æoles habent β, *ut:* ἐπιςοβεῖν pro ἐπιςομεῖν *irridere.* βύρμαξ, μάκος, *unde formica,* ex μύρμηξ. *Sic Ebr.* עגב עגם *flagrare amore.* B.

Sic Latin. è scamno scabellum, n. extrito, ut, columna columella. Terebinthus τέρμινθος.

H. 2. Iidem pro μ habent π, *ut:* πετὰ pro μετά. ὄππατα pro ὄμματα *oculi.*

Abundat in quibusdam verbis in μι, *ut:* πίμπλημι pro πίπλημι *impleo.* *Sic* πίμπρημι *incendo.*

Deficit Æolicè ab initio, *ut:* ἴα pro μία.

Latin. imitor ex μιμοῦμαι. *Scipio* ex σκίμπων.

9. ν.

A. 1. Pro ν Atticè sumitur quandoque λ, *ut:* λίτρον pro νίτρον *nitrum.* *Sic Lympha* Νύμφη. *Bonus Bellus.* פסנתרין ψαλτήριον.

M. 2. Æolice ν mutatur in μ, *ut:* πέμπε pro πέντε *quinque.*

Σ. 3. Pro ν capiunt σ Dores in primis plur. omnium Modorum, *ut:* τύπτομες *pro* τύπτομεν.

Sic Cretenses ἦς pro ἦν. αἰὲς pro αἰὲν *semper*, μὲς pro μὲν *quidem*, καλὰς pro καλὴν *pulcram*, πλέον *plus.* πρὶν *prius.*

Æoles in Infinitivis Circumflexis, *ut:* νόεις pro νοεῖν *intelligere.* γελάϊς pro γελάϊν vel γελᾶν *ridere.* χρυσοῖς pro χρυσοῦν *inaurare.*

In Nominibus Tertiæ, *ut:* δελφὶς pro δελφὶν, *delphinus*, ῥὶς *nasus* ῥὶν.

Abundat. Abundat etiam. 1. Poëtæ (1) è Gravitonis faciunt Circumflexa, ante ω assumto ν. (2) Soni suavioris gratiâ ν interserunt, *ut:* ἱκνῶ ex ἵκω *venio.* οἴχνω ex οἴχω *abeo.* ἐκλίνθη pro ἐκλίθη *reclinatus est.* μίνυνθα *paululum* ex μινυθω *minuo.*

2. ν. post κ in Compositione, sequente Vocali, nunquam ferè non interponitur, *ut:* ἄνικτος

πος equo carens, ex ἵππος, *ἄνανδρος effœminatus.*

Aliquando tamen omittitur, ut: ἀόριςος *infinitus.* ἄοικος *domo carens.* ἄοκνος *impiger.*

3. Dorienses in Verbis in ιω & υω ante ω assumunt ν, *ut:* πίνω ex πίω *bibo.* τίνω ex τίω *honoro*, θύνω ex θύω *macto.*

4. Lacones & Cyprii ex αυ sublato υ & Argivi cum Cretensibus ex ει penultimæ Syllabæ eliso Jota addunt ν, *ut:* ἄυτη ἄνδα, τ *in* δ. σπείδω σπένδω *libo.*

5. Dorienses in fine addunt ν, *ut:* ἐγὼν pro ἐγὼ. *Idem in* 3. *Præter.* ες *in* η *Contracto addunt* ν, *ut:* ἔπλεε ἔπλη ἔπλην ex πλέω *navigo.*

Huc refer, quando ν ἐφελκυςικὸν *interdum & sequente Consonante usurpatur ab Atticis & Poëtis. Item, quando Attici recipiunt in his Neutris:* ἄλλον pro ἄλλο *&c. nisi illa velis esse regularia, & in Communi* ν *Ionicè abjectum esse dicas, quod verisimilius videtur.*

Deficit 1. Poëtæ metri causa elidunt, *ut:* καχάζω pro καγχάζω *cachinnor.* φάρυξ φάρυγος pro φάρυγξ φάρυγγος *guttur.* Deficit.

Iidem in Adverbiis in θεν *metri causâ* ν *omittunt, ut:* πρόσθε pro πρόσθεν *ante*, ὄπισθε pro ὄπισθεν, *à tergo. Sic Latin. Plato ex* Πλάτων.

2. Iones ν positum inter duas Vocales extrudunt frequenter, *ut:* μείζοα pro μείζονα *majorem.* p. 31.

10. ξ.

Resolvitur Æolicè in κσ, *ut supra in Generalibus notatum est.* p. 43.

 1. Pro

11. π.

B. 1. Pro π Delphici sumunt β, *ut:* βατεῖν pro πατεῖν *conculcare.* βικρὸς pro πικρὸς *amarus*, *Plut. Qu. Gr.* 9. *Sic* πύξος *buxus*, Πέπλιος *Publius.*

K. 2. π Iones mutant in κ, *ut:* κῶς pro πῶς *quomodo.* κοῖον pro ποῖον *quale.* ὅκως pro ὅπως *quando.*

Sic Latin. Scintilla ex σπινθήρ.

M. 3. Æolicè pro π est μ, *ut:* ματῶ pro πατῶ, *ambulo.*

Sic somnus ex ὕπνος.

Abundat. Abundat & Geminatur, *ut supra p.*43. 1.

Sic Latin. Juppiter, repperit.

Additur initio, *ut:* πσώχω pro σώχω *mando.*

Deficit. Deficit, *ut:* ἤγανον pro πήγανον *ruta.* ἀλαιὸς pro παλαιὸς *antiquus.* Sic *latus* ex πλατύς.

12 ρ.

K. 1. Pro ρ aliquando est κ, *ut:* μικκὸν pro μικρὸν, *Doricè parvum.*

Σ. 2. Pro ρ in Medio post aliud ρ Attici ponunt σ, *ut:* θαρσεῖν pro θαῤῥεῖν *confidere.* θαρσαλέος pro θαῤῥαλέος *fidens.* ἄρσην pro ἄῤῥην, *mas.*

Abundat. Abundat. In Derivatis communiter, *ut:* σκῆπτρον *baculus* ex σκήπτω. ἀκέω, ἀκοὴ, ἀκροῶ *audio*, ἤροται, ἄροτρον *aratrum*,

Latinè, ἔξωθεν *extra.* ταλάω *tolero*, κορίαννον *coriandrum.*

Deficit. Deficit. Poëticè prius ρ è geminatione tollitur, relictâ in posteriori asperatione, *ut:* ἄρεκτος pro ἄῤῥεκτος *imperfectus.*

Doricè itidem tollitur, *ut:* σκᾶπτον pro σκῆπτρον, *sceptrum.*

Latin.

Latini lectus à λέκτρον. *artus* ἄρθρον. *scalpellum*, *scalprum*.

Transponitur. Æoles ρ transponunt & geminant, *ut:* πέῤῥαμος pro πρίαμος, ι *in* ε. ἀλλότεῤῥος pro ἀλλότριος *alienus*.

Poëtæ more Ionico ρ transponunt. *Vide supra in Reg. Generalibus p.* 43. *num.* 3.

Sic ἔρδω ex ῥέζω *facio*. πεφαργμένος *obstructus* ex φράγνυμι seu φράττω *munio*.

Sic Latini r loco movent, *ut:* νεῦρον *nervus*. ἅρπαξ *rapax*. τέρην *tener*. ῥὶν ῥινὸς *naris*. μορφὴ *forma*.

13. σ.

1. Pro σ habent δ Æoles & Dores, *ut:* ὀδμὴ pro ὀσμὴ *odor*, ἴδμεν pro ἴσμεν *scimus*. πέφραδμαι, pro πέφρασμαι à φράζω *dico*. *Et in verbalibus* φράδμων *consultus*. φραδμοσύνη *consilium*. Δ.

2. Pro σ Veteres habuêre ζ, *ut:* ζμικρὸν pro σμικρὸν *parvum*. ζμύρνα pro σμύρνα *myrrha*. Ζ.

3. Pro σ Dores habent θ in quibusdam Verbalibus, *ut:* μηνιθμὸς *ira*, ex μεμήνισμαι. Θ.

Sic δυθμὴ pro δυσμὴ *occasus*.

4. Æoles in Participio Præteriti σ in ν mutant retracto accentu, *ut:* τετύφων pro τετυφὼς, νενοήκων pro νενοηκὼς, *cogitans*. Ν.

Sic Doricè, ἐν ἀγορὰν pro ἐς. ἐντὶ pro ἐστί.

5. Pro σ habent ξ Attici Veteres in ξὺν pro σὺν. Dores in Futuris & Aoristis prioribus Verborum, præcipuè in ζω, σσω, ττω, *ut:* καθιξῶ pro καθίσω, ἐκάθιξα ex καθίζω, *colloco*, ἁρπαξῶ pro ἁρπάσω ex ἁρπάζω *rapio*. Ξ.

Sic κλάξω vel κλαξῶ pro κλείσω ex κλείω *claudo*. Sic κλεὶς κλὰξ *clavis*: ὄρνις ὄρνιξ *avis*.

Ρ. 6. Æolicè pro σ est ρ, *ut*: μάρτυρ *pro* μάρτυς *testis*. ἵππορ ἵππος *equus*. *Sic honor honos*.

Τ. 7. σ in τ mutatur Atticè & Doricè, *ut* τήμερον pro σήμερον *hodie*. ἔικατι pro ἔικοσι *viginti* τίθητι pro τίθησι *ponit*. Φατὶ pro Φησὶ *dicit*.

Sic Dor. & Æol. τὺ. pro σὺ. ἐιςτὲ pro σέ. *Sic Latin. Quasso quatio; Merso, antique merto.*

De Duplici σ.

ττ. Attici σσ mutant in ττ, *ut*: γλῶττα pro γλῶσσα *lingua*. ὀρύττω pro ὀρύσσω *fodio*.

Ζ. 2. Æolicè mutatur in ζ, *ut*: ὀρύζω ὀρύσσω.

Ξ. 3. Ionicè in ξ, *ut*: διξὸς pro δισσὸς *duplex Latin. paxillus* ex πάσσαλος.

Σ. Abundat. Σ Abundat initio plenioris soni gratia, *ut*: σμέρδω pro μέρδω *privo*. σμῦς pro μῦς *mus*.

Sic veteres Latini, notante Festo, dixere Stlocum, Stlatum, Stlites, quæ nunc dicimus Locum, Latum, Lites.

In Medio Æoles & Dores addunt, *ut*: κέλσω *Æol*. pro κελῶ *appellam*, σπέρσω pro σπερῶ *seminabo*. τυπτόμεσθα *Doricè* pro τυπτόμεθα.

Sic θέμις *jus*, θέμιςος pro θέμιτος. πρεσβύςατος pro πρεσβύτατος *natu maximus*.

Sic in Compositis & Derivatis quibusdam, *ut*: θεόσδοτος *à DEO datus*. ὀρχηςὴς *saltator* ex ὤρχηται. *Huc* ἔσπω *Ion. & Poët.* pro ἔπω *dico*.

In Fine. Cretenses & Megarenses in fine addunt ς, *ut*: ὄικαδες pro ὄικαδε *domum*. ἄγες pro ἄγε, *age*. Φέρε Φρὲς *per Syncopen*.

Huc

Huc refer σχὲς, ἐπίσχες ex σχέω *habeo*. σπὲς, ἐνίσπες ex σπέω *dico*. *Imper. cum Paragogico* σ.

Deficit. 1. Ab initio Ionicè & Æolicè, *ut:* μίλαξ pro σμίλαξ *taxus*. Deficit.

2. Doricè è quibusdam dictionibus extruditur, *ut:* ὄπιθεν pro ὄπισθεν *pone*. ἐμὲν pro ἐσμὲν. *sumus*. Sic Atticè & Poëticè ἐτὲ pro ἐςὲ *estis*. Φροντιῶ pro Φροντίσω *curabo*. νομιῶ pro νομίσω *putabo*. βαδιῦμαι pro βαδίσομαι *vadam*. ἔσευα pro ἔσευσα *agitavi*. ἐυκτίμενος pro ἐυκεκτισμένος *benè structus*. πάγκλαυτος pro πάγκλαυςος *omnino lamentabilis*.

Idem hoc fit in Compositis à Monosyllabis in ϐς, *ut:* βϐτομον *butomum nomen fruticis*.

3. In fine, Poëta ob metrum abjiciunt, *ut:* πολλάκι pro πολλάκις, *&* πλειςάκι *sæpe*.

Sic Veteres Latini in Versu elidebant s. *Versibu' quos olim Fauni Vatesque canebant*.

Æoles à Nominibus primæ: ὁ Ἀρχύτα, Πυθαγόρα pro Ἀρχύτας, Πυθαγόρας.

Sic è Genitivo & Vocativo Contractis, *ut:* τϐ Σωκράτϐ pro Σωκράτϐς, ὦ σώκρατε σώκρατές.

Doricè ὁ pro ὃς, ὅτις pro ὅςις, *Odyss.* ε.

14. τ.

1. Pro τ Doricè est δ, *ut:* τῆδες pro τῆτες *hoc anno*. μελέτη μελέδη *cura*. Sic *tæda* ex δαΐς. Δ.

2. In aliquibus Adverbiis Doricè pro τ est κ, *ut:* πόκα pro πότε, τόκα pro τότε. *p.* 9. no. 1. K.

3. τ Dores & Æoles in ν mutant, *ut:* τετραενὲς pro τετραετὲς *quadrimum*. N.

 4. τ in

Π. 4. τ In π Creticè & Æolicè, *ut.:* σπάδιον pro ςάδιον. σπολὴ pro ςολὴ *amictus.* πέμπε pro πέντε *quinque.* πέτραπται pro τέτραπται *versus est.*

Huc ἐμπίσσειν pro ἐμπίπτειν *incidere.*

Σ. 5. Similiter Creticè in σ, *ut:* ἑαυσὸν pro ἑαυτὸν *se.*

Abundat. Abundat. Initiò Doricè & Ionicè in Articulis Subjunctivis præter ὅς, ἥ, *ut:* τῶ pro ὧ, τῷ pro ᾧ.

Sic & in Præpositivis, τοὶ & ταὶ pro οἱ, αἱ.

Quædam Adverbia cum ἀνταποδοτικὰ (relativa) sunt, ab initio habent τ, *ut:* ὅτε, τότε. ἡνίκα τηνίκα, ἦμος τῆμος *quùm tùm. Huc* ὅσος, τόσος, οἷος, τοῖος, τοιῦτος. ἡλίκος, τηλίκος. p. 15.

In Medio Attici veteres τ interponere solent Nominibus & Verbis, *ut:* πτόλις pro πόλις *civitas.* πτόλεμος pro πόλεμος *bellum, unde Ptolemæus.* ἀνύτω pro ἀνύω *perficio.* ἀρύτω pro ἀρύω *haurio. Huc pertinet illud τ Atticum Verborum ante ω, in* τύπτω pro τύπω. τίκτω pro τέκω *pario. Item τ trium Nominum in Obliquis illud habentium,* νυκτὸς *noctis,* ἄνακτος *regis,* γάλακτος *lactis.*

Deficit. Deficit. Iones & Attici inter duas Vocales p. 31. positum extrudunt, *ut:* κέραος pro κέρατος.

Ionicè abjicitur, *ut:* ἥγανον pro τήγανον *sartago.*

15. Φ.

Β. 1. Siculi & Macedones mutant in β, *ut:* βίλιππος pro Φίλιππος, κῦβος pro κῦφος *gibbus.* Βερονίκη pro Φερονίκη *Beronica.* Βαλακρὸς pro Φαλακρὸς *calvus. vid. Plutarchum Quæst. Græc. 9.*

Ν. *Iones asperatum Φ mutant in π, ut:* ἀπίκομαι pro ἀφίκομαι, *pervenio,* ἐπορᾷν pro ἐφορᾷν, *observare.*

Sic

Sic Latini nubes ex νέφος. *nebula* νεφέλη. *umbilicus* ὀμφαλὸς. *balæna* φάλαινα. *tenebræ* δνοφερόν. ἄμφω *ambo. add. Canter.* 1. *Nov. Lect. cap.* 2.

Deficit in Verbo φημὶ *Atticè* ἠμὶ *Aor.* 2. ἦν.

16. χ.

*Æ*olicè loco χ est φ, *ut:* αὐφένα pro αὐχένα *cervicem. Sic ex* ὄχις *factum est* ὄφις. φ.

Deficit initio aliquando, *ut:* λιαρὸς pro χλιαρὸς *tepidus. Lana* ex χλαίνα. Deficit.

In Medio, *ut aranea* ex ἀράχνης.

17. ψ.

Resolvitur. *Vid. Reg. Gen. pag.* 43. 4.

Deficit initio, *ut:* ἄματος pro ψάμαθος *arena. Plura exempla Scal.* 1. *de Causis LL. Vossius de permutatione literarum, Canin. Alphabetum, quique de dialectis scripsere, Rulandus, Schmidius, &c. suppeditabunt.*

XXIII. Ratione *Loci dividuntur* Consonantes in *Finales* & *non Finales.*

Finalium, *seu quæ dictiones claudunt*, dantur tantum quinque, ν. ρ. σ. ξ ψ. *Quæ in aliam exeunt, pro Peregrinis habeantur, ut:* Ἰωσὴφ, Δαβὶδ, Μιχαὴλ, Σήθ.

Nota: κ *in duobus etiam occurrere in* οὐκ *&* ἐκ *cum Derivatis. Sed non sunt integra.* ἐξ *enim sequente Consonâ* ξ *in* κ *mutat,* οὐ *vero sequente Vocali assumit* κ, *ut sicubi pro si ubi,* οὐχ *verò dicitur pro* οὐχὶ *sequente Vocali Asperatâ, unde in disjunctione dicitur* οὐ-χ *non* οὐχ. *vid. p.* 59. no. *IV.* p. 65.

SECTIONIS I.

CAP. II. De Syllabis.

1. *Ex Literarum Conjunctione oriuntur* Syllabæ, De Syllabis.

bæ, *de quibus nunc agendum. Syllaba à συλλαμβάνω à comprehensione literarum deducitur.* Καταχρηστικῶς *igitur vel secundario Vocalis unica Syllabam constituens dicitur Syllaba, ut:* ὁ, ἡ *&c.*

2. Est verò Syllaba Comprehensio duarum vel plurium Literarum, quæ uno Spiritu ac Tono efferuntur, ut: βοῦς *bos*, μῦς, *mus*, τοι, ἑων.

3. *Quum verò Syllabarum Græcarum maxima cognatio cùm Syllabis Latinis sit, ideo ea tantùm adducemus, quæ in* Orthographia *& Orthophonia peculiare aliquid sibi vendicant, vel etiam singularem usum habent, quod tamen Grammatici haut curârunt in suis libellis, unde & Doctos aliàs hic hallucinari videas.*

De Orthographia.

Diæresis. I. Quoties Vocales, quæ aliàs in Diphthongum coeunt, extra Diphthongi constitutionem concurrunt, toties duo puncta, quæ Διαιρέσεως dicuntur, imponenda, *ut:* ἀΐδιος *æternus*, βασιλέϊ, *regi.*

Hypodiastole. II. Vocum Compositarum Syllabæ, (*ad differentiam alterius easdem Literas habentis vocabuli*) per Hypodiastolen divelluntur, *ut:* ὅ, τι *quodcunque*, ὅτι *Conjunct. quod.* ὅ, τε *quodque ad differentiam Adverbii* ὅτε *quando.* τό, τε, *ad* τότε.

Huc referas & Hyphen. Lucret. Semper-florentis. Scal. lib. 2. de C. LL. c. 57.

III. In quam Consonantem non desinit aliqua Dictio, in eandem etiam Syllaba in divulsione non exit; *ut:* ἕ-βδομος, ἀ-μνὸς *agnus*, ὄ-γδοος, ἐτύ-φθην. *Nulla enim Syllaba Asperatione terminatur. Scal. lib. 2. de C. LL. c. 49.*

Except.

Except. 1. Duplicatæ ad diverſas pertinent Syllabas, *ἄλ-λος, ἄμ-μος arena, ὀρύτ-τω, κάϐ-ϐαλε, ἄδ-δην ſatis.*

2. Tenuis ante Aſperatam ad priorem pertinet, *ut: σαπ-φὼ, κάτ-θανε mortuus eſt.*

3. Liquidæ Conſonantem præcedentes nunquam ad ſequentem pertinent Syllabam, *præter μν, ut: ἀλ-κὴ robur. ἄμ-πυξ, catena, ψαλ-μὸς, carmen. Sed ἀ-μνήμων immemor.*

IV. Ut vox componitur, ita divellitur, *ut: συνεκ-δοχὴ, παρά-κλητος.*

Nota. Si extra Compoſitionem Conſona ad præcedentem Vocalem non pertinuit, illi non affricetur. *Dicendum enim πα-ρέχω non παρ-έχω.*

Probari hoc ipſum firmiter poteſt ex Apoſtropho. Conſona enim in Apoſtropho relicta ad ſequentem, non verò antecedentem trahitur Syllabam, ut: ἀ-φ' ὼν, νύ-χθ' ὅλην. πάν-τ' ἔλεγον, non verò, παντ' ἔλεγον.

V. Quæcunque Conſonantes ab initio conjungi poſſunt, illæ etiam in medio conjunguntur, niſi ratio Compoſitionis obſtiterit, *ut: ἄ-ςρον. τύ-πτω.*

Nota. Ut hæc Regula veriſſima & κατὰ παντὸς eſt, in ſenſu affirmativo; ita malè à Grammaticis etiam negativè effertur per Conſecutionem vitioſam. Dico enim βα-θμὸς gradus, ἄ-σθμα flatus, anhelitus, licet nulla Dictio à θμ vel σθμ incipiat. Quum enim σ cum Mutis omnibus & Liquidis duabus λ & μ Syllabam auſpicari poſſit, fit hoc etiam, quando tertio loco Liquida additur, ut: ἰ-σχνὸς macer, gracilis, ἐ-σθλὸς bonus.

Huc

De Interpunctionibus.

Huc pertinent Distinctiones Periodorum. *Conveniunt vero Græci cum Latinis quoad* Puncta, Commata & *Signum* Exclamationis: *Discrepant quoad* Colon & Punctum Interrogationis.. *Hoc enim per Latinorum* Semicolon, *ut* τίς; *quis? illud per unicum* Punctum *ad apicem Literæ suspensum exprimunt, ut:* ἔσχατοι ἔσονται πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. *Ultimi erunt primi; & primi ultimi.* De Orthophonia.

Γ. ante *γ. κ. ξ χ. legitur ut ν. ut:* ἄγγελος, *angelus*, λύγξ *lynx, singultus*, ἔγχος *enchos, hasta*, πέφαγκα *pephanca apparui. Vide hic Scal. l.* 1. *de C.LL. nec non Martin. in Lex. Philol. sub litera G.*

De Abbreviationibus.

Abbreviationes sunt compendiosi & elegantes literarum nexus, qui officinis non omnes iidem sunt.

Præcipuæ & usitatissimæ sunt sequentes.

Forma.	Valor.	Forma.	Valor.
αι	αι	γην	γην
αλλ	αλλ	γν	γν
αν	αν	γο	γο
ἀπὸ	ἀπὸ	γρ	γρ
ἀρ	ἀρ	γράφεται	γράφεται
ἀυτοῦ	ἀυτοῦ	γυι	γυι
ἀυτῶν	ἀυτῶν	γυν	γυν
γὰρ	γὰρ	γχ	γχ
γγ	γγ	γω	γω
γει	γει	δὲ	δὲ
γεν	γεν		δην

Forma.	Valor.	Forma.	Valor.
δlω	δην	ϱι	ϱι
διὰ	διὰ	ϛα	σα
δῳ	δυι	σι	σει
δυω	δυν	σθ	σθ
ει, ἱ	ει	σθαι, σθαι	σθαι
ἐκ	ἐκ	σθlω	σθην
ἐν	ἐν	ϛω	σω
ἐπι	ἐπι	σπ	σπ
ἐςὶ	ἐςὶ	σσ	σσ
ευς	ευς	συω	συν
lω	ην	ϗ	σχ
θα	θα	ϗlῶ	σχὴν
θι	θει	ταῖς	ταῖς
ϗ, ϗ, καὶ	καὶ	τῆς	τῆς
κατὰ	κατὰ	τὸν	τὸν
μὲν	μεν	τȣ̃	τȣ̃
μετὰ	μετὰ	τῶν	τῶν
μένος	μένος	τρ	τρ
μlω	μην	το	το
μυω	μυν	τυω	τυν
ος	ος	ῦ	ῦ
ȣ	ου	ῳ	υι
οὐκ, ȣ̓κ	οὐκ	υω	υν
παρὰ	παρὰ	υ	υ
περὶ	περὶ	ὑπ	ὑπ
πρὸ	πρὸ	ὑπὲρ	ὑπὲρ
πρ	πρ	ὑπὸ	ὑπὸ
πυι	πυι	χρ	χρ

SECT. II.

De Voce Constituta.

p. 90. *Vox constituta Grammaticè consideratur vel* Accidentaliter, *vel* Essentialiter.

Accidentaliter *in voce considerantur* Spiritus *&* Accentus.

Nota: Accidentalem Vocis considerationem præmittimus non respectu Methodi Naturæ, sed Doctrinæ.

CAP. I.

De Spiritibus.

Spiritus. 1. *Spiritus sunt duo: Asper* sive Densus (῾) *Lenis* sive Tenuis (᾿).

REGULÆ.

1. Vocalis sive Diphthongus initio Dictionis semper unum è Spiritibus possidet.

Nota: 1. υ semper denso gaudet Spiritu, exceptis tantùm Æolibus. Hi enim densum Spiritum non habent. Excogitarunt ergo aliam Notam, Digamma Æolicum dictam F. ut: ὕδωρ aqua, Æoles Fύδωρ. Fεσπέρα vespera. Fελένα Helena seu Belena. Error verò Hesych. notabilis, qui pro Fισχὺς fortis scripsit γισχὺς &c. vide Caninium p. 93.

2. *Veteres Vocalibus in Medio etiam addiderunt Spiritus. (Vide Casaubon. in Athen. lib. 9. 12.) Hinc Athenæus ejusmodi ponit Canonem:* Nomina, quæ exeunt in ος purum, Ultimam tenuant, ὑιὸς, λαὸς. *Eustathius talem:* Composita in Medio differentiæ causâ Spiritum mutant, *ut:* φίλιππος *ἀέκων nolens εὐάιμων bene peritus.*

Sic Æoles αἰFὼν, ὄFις. ἄFορνος, ubi Latini V. Consonantem addunt: Ævum, Ovis, Avernus. Quæ

scri-

scribendi ratio apud Vetustissimos adhuc visitur, ut: χειμῶν τε πῦρ τε δάϜιον *ex Priscian. lib. 1. id est,* χειμῶν τε πῦρ τε δήϊον, *hyems & ignis sunt hostes.*

Quin & Latini hoc F retinuerunt sequente u, ut. SerFus, DaFus, Scal. in Varr. Æolicè ἔρϜος.

II. Consona ρ in Principio asperatur, in Medio verò geminata, priori loco levigatur, posteriori densatur; *ut:* ῥώμη, ἔῤῥωμαι. *Rationem* p. 41. *pete ex antiquo more paulo superius indicato.*

III. Spiritus sæpè inter se permutantur, mutatâ vel manente eâdem significatione; *sic* ἁμαλὸς *&* ἀμαλὸς *mollis,* ἀΐδης *&* ἅδης *orcus,* ἕρση *&* ἔρση *ros. Sic Gr. & Lat. Elleborus & Helleborus.*

Nota: Spiritus Asper apud Lat. in s quoque transit, ut: ἅλλομαι *salio,* ἕξ *sex.* ἕρπω *serpo.*

Spiritus lenis olim efferebatur, nunc inter pronunciandum planè negligitur.

C A P. II.

De Accentibus.

Henricus Christianus Henninius in ἑλληνίσμῳ ὀρθωιδῷ, & Joh. Daniel Major in Epistola de nummis græcè inscriptis accentuum græcorum antiquitatem satis verisimiliter impugnarunt. Quorum rationes dijudicare cum nostrum non sit, sufficit nobis hodie in græcorum libris eosdem usurpari, addiscendos itaque esse ab unoquoque qui græce doctus fieri voluerit.

1. *Accentus est pronunciandi ratio, quâ Syllaba aliqua in pronunciando attollitur, alia verò deprimitur.*

2. *Sunt vero* Accentus Tres: Acutus, Gravis, & Circumflexus. vid. Henninii l. 2. p. 25.

Acutus (*cujus hæc* (´) *nota*) *Syllabam pronunciando attollit. Hinc Nigidio apud A. Gellium* Summus Tonus *dicitur.* Circumflexus (*cujus nota* (῀) *cum mora quadam est proferendus.* Gravis (`) *æquabili Tono citra elevationem & depressionem Syllabas, quas occupat, esse proferendas docet.* Hinc dicitur Syllabicus.

Acutus attollit, Gravis deprimit, Circumflexus, ut nomen ipsum præ se fert, partim attollit, partim deprimit Syllabam. Constat ex acuto & gravi: sonus ejus hodiè incertus est. Nam Syllabas circumflexas efferimus nunc acutas.

Observetur, accentum, & quantitatem syllabarum apud Græcos distingui, & in pronunciatione non quantitatis, sed accentûs rationem haberi, cujus contrarium fit apud Lat. Gretʃ. in Inst. Græc. L. p. 9.

8. Nulla Lingua ultra tertiam à fine Syllabam Accentum elevantem collocat, *præter Etruscorum.*

Hinc notes Regulas.

DE NATURA ACCENTUUM.

I. Quam Syllabam Circumflexus debet afficere, ea Naturâ est tantùm Longa, *ut:* σῶμα, φῶς *Lux, vel naturâ & positione simul, ut:* ἆυλαξ *sulcus. Aliàs penultima positione longa acutum suum retinet, ut:* ἄρχε *impera: sed* ἦρχον.

p. 69. 79. II. Circumflexus tantùm Ultimam & Penultimam sibi vendicat, *ubi tamen hîc Ultima Naturâ debet esse brevis, licet positione longa, ut:* μεσῶν, κλῆσις *vocatio.* ἆυλαξ.

III. Gravis nullibi scribitur, *Omnibus tamen Syllabis, quibus Circumflexus vel Acutus non est impe-*

impositus, insidet, & in fine scriptus non est Gravis, sed Acutus figuram Gravis habent, ut in ἄνθρωπος, θρω *&* πος *habent Gravem, Scal. de C. LL. cap. 59.*

Nota. In fine Periodi loco Gravis in ultima ponitur Acutus proprius, ut: θεός. τιμή, *honor.*

IV. Acutus subsistere potest in Ultima, Penultima & Antepenultima Syllaba, *ubi tamen hic Ultima debet esse Brevis.*

Nota: Vocabulum Acutum habens in	*Ultima*	*dicitur*	ὀξύτονον.
	Penultima		παροξύτονον.
	Antepenultima.		προπαροξύτονον.

Vocabulum Circumflexum habens in	Ultima	περισπώμενον.
	Penultima	προπερισπώμενον.

Vocabulum in Ultima habens Gravem dicitur βαρύτονον.

4. Omnis Dictio unum ex his Accentibus *necessario* requirit.

EXCEPT.

Pauca Accentu planè carent: alia verò ex accidente duobus insigniuntur, *ubi unus naturalis, alter verò ascititius est.* Dictiones Accentu carentes.

Accentu planè carent: ὁ. ἡ οἱ αἱ. οὐ. οὐχ. οὐκ. εἰ. ὡς. ἐν. εἰς ἐς. ἐκ. ἐξ.

Nota. 1. οὐ *dicitur sequente Consonâ,* οὐκ *sequente Vocali levigatâ,* οὐχ *asperatâ.*

2. Ἐκ *dicitur sequente Consonâ,* ἐξ *sequente Vocali.*

3. οὐ *Sententiam claudens acuitur, ut:* ἀπεκρίθησαν οὔ, *Joh.* 21. 5. ὁ δὲ ἔφη οὔ *Matth.* 13. 29. εἰ ἔστι κύριος ἐν ἡμῖν, ἢ οὔ, *Exod.* 17. 17.

4. *ὡς quando ἀποδόσεως seu redditivam significationem habet, aut in fine Periodi collocatur, acuitur, ut:* ἀθάνατος ὥς *tanquam immortalis.*

Encliticæ.

Ex accidente, ob dictionem Encliticam subsequentem non tantùm quædam Dictiones duos sortiuntur Accentus; sed & ipsæ Encliticæ Accentum amittunt frequentissimè.

1. *Sunt verò Dictiones Encliticæ vel Monosyllabæ vel Dissyllabæ, quarum potiores recensebimus.*

Dictiones Encliticæ Monosyllabæ:

Articul.	του, τευ, τῳ *pro Indefinito* τινὸς, τινι.
Pronom.	μου, μευ, μοι, με, σου, σευ, σοι, σε, οὗ, οἱ, ἕ, σφε, σφιν, μιν, τις, τι *Indefinitum.*
Adverb.	πως, πω, πῃ, που *& similia.*
Conjunct.	τε, γε, τοι, ῥα, θην, που, περ, κε, κεν, νυ, νυν, *& similes particulæ.*

Dissyllabæ.

Nom.	τινος, τινι, *Indefinitum per omnes Casus & Numeros.*
Pronom.	σφωε, σφισι, σφεας.
Verbum.	Φημὶ *&* εἰμὶ *in toto Præsenti Indicativi, exceptâ Secunda Singulari.*
Adverb.	ποθεν, ποτε, ποθι *&c.*

REGULÆ.

1. Dictio Enclitica, abjecto suo Accentu Ultimam præcedentis Vocabuli acuit, quando præcedens est Proparoxytonum vel Properispomenum, *ut:* ἤκουσά τινος *audivi aliquem.* ἦλθέ ποτε *venit aliquando*, γέροντός του *senis alicujus.* ἦραν τὸν κύριόν μου *Joh. 20. vers.*

verſ. 13. πρᾶός εἰμι *manſuetus ſum.*

EXCEPT.

Quando Properiſpomena ultimam Poſitione longam habent, Accentum proprium Encliticæ retinent, nec rejiciunt, *ut:* κλῖμαξ μȣ *ſcala mea*, ὁμῆλιξ ἐςὶ *coætaneus eſt.*

II. Poſt Vocabulum Paroxytonum Enclitica Monoſyllaba Accentum planè amittit: Diſſyllaba verò Accentum retinet, *ut:* λόγος μȣ, λόγος ἐςὶ, ἄνδρα μȣ, ἁμαρτία ἐςί.

III. Poſt Periſpomenon aut Oxytonum Accentus Encliticæ perit, *ita ut pro Gravi Acutus proprius in præcedente ſcribatur, ut:* ἀγαπᾷς με, ἀνήρ τις, ἄν τινων, μεθ' ὑμῶν εἰμι.

Videantur hic geminæ tabellæ Poſſelii de Accentibus p. 289. 292. Syntax.

IV. Propter dictionem Encliticam ſubſequentem præcedens, ſi vel maxime Accentu deſtituatur, Accentum tamen recipit, *ut:* ȣ̓ γάρ πώ τίς μȣ ἤκȣσεν, *non enim quiſquam me audiit.*

V. Initio Periodorum, Commatum, aut Semicolorum quævis Enclitica Tonum ſuum naturalem retinet, *ut:* σὲ ἀγαπῶ, *te amo*, σοὶ, φίλε, χάρις, *tibi, amice, gratia.*

EXCEPT. Ἐςὶ ſimili in caſu poſitum, aut etiam quando ſequitur poſt Apoſtrophum, vel poſt οὐκ, ἀλλὰ, ἢ, καὶ, &c. *aut* declarandi & exponendi vim habet, *fit Paroxytonum, ut:* ἔςιν ἄνθρωπος, ἃ οὐκ ἔςι γεγραμμένα, ὁ ἀγρός ἐςιν ὁ κόσμος ἔςι γάρ μοι εὔχρηςος. 2 *Tim.* 4. 11. Ἀλλ' ἔςιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, *Joh.* 7. 28.

VI. Encliticæ Euphonias & ſingularis empha-

 pha-

phaseos nec non Paræneseos & Apostrophi ergò Accentum retinent, *ut:* ἤκουσα σοῦ *te ipsum audivi.* οὐδὲ εἰς καίσαρα τὶ ἥμαρτον *neque in Cæsarem quid (vel minimum quoddam) peccavi. Act.* 28. 3. Οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαςάζεις, ἀλλὰ ἡ ῥίζα σὲ, *sed radix te (te ipsum) portat: Rom.* 11. 18.

Sic etiam Pronomina μου, σου, μοι, σοι, με, σε, cum Præpositionibus aut Conjunctionibus disjunctivis & cum ἕνεκα Accentum retinent, *Ut:* περὶ σοῦ, κατὰ μὲ ἤ σε *secundùm me aut te*, Διὰ σὲ *propter te.*

p. 373. *Huc commodè & illud quod Grammatici prætereunt, trahimus: Systola Accentum retrahit* διχῆ, δίχα, *dupliciter*, τριχῆ τρίχα *tripliciter.*

VII. Dictio Enclitica cum præcedenti in unam quasi Vocem haud raro coalescit, manente Tono. *Sic* ὧντινων *pro* ὧν τινων. οἵτινες *pro* οἱ τινες. ἐπειδήπερ *postquam.*

5. Græci in collocando Accentu ultimam respiciunt Syllabam, ita ut ea si Longa fuerit, Accentus elevans nunquam possit esse in antepenultima Syllaba.

p. 102. *Excipe.: Attici Ultimâ Longâ Antepenultimam tamen acuunt, ut:* Μενέλεως, πόλεων, πόλεως.

Sic Genitivi Ionici Primæ Declin. ut: αἰνείεω, Πηληϊάδεω.

Regula de Sede Accentuum.

Sedes Accentuum. I. Quorum Ultima est longa, eorum Penultima, si Tonum habet, acuitur, *ut:* ἔρως *amor*, λόγου *sermonis*, ἥρως *heros*, ἤθη *mores.*

II. Bre-

II. Brevis ante finalem brevem, si Tonum habet, acuitur, *ut*: λόγος, *sermo*, ὄχλος *populus*.

III. Ultimâ existente Brevi, vel Positione tantùm Longâ, Penultima naturâ longa habens Tonum, circumflectitur, *ut*: σῶμα, *corpus*, κλῆσις, *vocatio*, αὖλαξ, *sulcus*, οἶκος *domus*. p. 79.

Malè hîc excipiunt Φοίνιξ, κήρυξ, θώραξ. *In his enim Ultima naturâ est longa, quod è Genitivo patet.*

Excipe εἶθε, ὧςε, τοίνυν, ὥσπερ, εἴπερ, καίπερ *& similes particulas, quæ Accentum præcedentis particulæ in Compositione retinent, inprimis cum ultima particula plerumque sit Enclitica*, καίπερ, εἴπερ.

IV. Ultima brevis, si Tonum habet acuitur. *Vid. supra de natura accent. Reg. III.*

V. Ultima longa frequentissime acuitur, *inprimis si non est longa ex Contractione vel Terminatione Obliquorum*, quandoque & rariùs circumflectitur, *ut*: ἀληθὴς *verùs*. αἰδὼς *pudor*. πανταχῶ *ubique*. σατανᾶς *Adversarius, Satanas*.

VI. Ultimâ existente brevi, Antepenultima, si Tonum habet, acuenda est, *ut*: ἄνθρωπος *Homo*.

VII. *Est verò Accentûs habenda ratio & in* Nominativo, & in Declinatione *seu reliquis Casibus*, Contractione, Motione, *nec non* reliquis partibus Orationis.

REGULÆ SPECIALES.

DISTINCT. I.

De Accentu Nominativi.

De Accentûs collocatione in Nominativo altum apud Grammaticos est silentium. Et ita quidem se res habet, ut, qui omnia & minutissima hic vellet persequi, næ oleum & operam esset perditurus, quum inprimis plurima Vocabula ob diversam significationem diversos habeant Accentus, & Attici, in primis verò Æoles, Accentus frequenter transponant, ut: λάβε Atticè λαβὲ, *sume*, ποταμὸς Æol. πόταμος, *fluvius*.

Sic βίος *vita* seu *victus*. βιὸς *arcus*.
πόνηρος *laboriosus*, πονηρὸς *malus*.
λευκὴ *alba* à λευκὸς, λεύκη, *populus alba*.

Et harum Vocum integrum Catalogum edidit Philoponus Grammaticus, seu, quem vulgò putant, Cyrillus, vid. Hennin. §. 33. l. c.

Quia tamen plerique & docti aliàs, hic hallucinantur, vel eam ob rationem, quòd in pueritia de Accentuum doctrina ferè nihil, aut satis exilia, perceperint; igitur nos quasdam Observationes ex bonis Auctoribus collectas bono hic animo apponemus, veniam petentes si non ubique πρὸς τὴν ὀρθήν. Reliqua verò, quæ hic non annotata sunt, usu discenda erunt, qui solus artificem faciet.

Habet verò quævis Dictio Accentum, ut dictum, vel in Ultima, vel Penultima, vel Antepenultima Syllaba.

Hinc

ARTICULUS I.

De

De OXYTONIS.

I. Monosyllaba, nisi contracta fuerint, sunt Oxytona, *ut:* πȣ̀ς *pes*, χθὼν *terra*, χεὶρ *manus*. Oxytona.

Excipiuntur 1. ὗς, σῦς, *sus*, μῦς, *mus*, δρῦς, *quercus*, ναῦς, *navis*, γραῦς, *anus*, ȣ̃ς, *auris*, πῦρ, *ignis*, πᾶς, *omnis*, παῖς, *puer*, νῦν, *nunc*, αἶ, *hei*. p. 75. n. 2.

2. *Interrogativa* μῶν *numquid?* ἦ *an?* πȣ̃ *ubi?* πῆ *quomodo?* πῶς. *id. Æoles in Monosyllabis Acutum mutant in Circumflexum, ut:* μὴν *Æol.* μῆν, ζεὺς, ζεῦς.

II. Nomina in ευς, ως, ω & ης, Tertiæ Declinationis purè declinata sunt Oxytona, *ut:* βασιλεὺς *Rex*. ἡ αἰδὼς *pudor*. ἀληθὴς *verus*, ἐγκρατὴς *continens*. Λητὼ, όος *Latona*.

Excip. Adjectiva in ωδης & ηρης, *nec non Composita ab* ἦθος, μῆκος, μέγεθος, *desinentia item in* ετης, *& pauca alia sunt Paroxytona, ut:* νοσώδης *morbosus*. ȣ̓σιώδης *essentialis*. κλινήρης *lecto affixus*. τριήρης *triremis*. κακοήθης *cacoëthes*. ἐπιμήκης *oblongus*. ἀμεγέθης *magnitudine carens*. αἰθρηγενέτης *frigus & pruinam vel serenitatem inducens*. αὐτάρκης *sibi ipsi sufficiens*. Φιλαλήθης *amans veritatis*. p. 78. De Compositorum Accentu vid. pag. 83. An. 6.

III. Verbalia in τηρ, nec non in της, τος, τρος, & μος, quorum Primitiva usitata sunt, sunt Oxytona, *ut:* πατὴρ *pater*, σωτὴρ *servator*, ποιητὴς *Poëta*, μαθητὴς *discipulus*, ἀγαπητὸς *dilectus*, ἰατρὸς *Medicus*, ἁγιασμὸς *sanctificatio*, *seu*

sanctificum, *ut reddit Tertull. de carnis resurrectione.*

Excip. 1. *Octo in* ηρ, *quæ sunt Paroxytona*, μήτηρ *mater*, δημήτηρ *Ceres*, θυγάτηρ *filia*, εἰνάτηρ *fratria seu fratris uxor*, ἄςηρ *nomen Urbis*, πίηρ *Pier Gentile*, ἴϐηρ *Iberus.* Φράτηρ *qui est ex eadem curia. Pollux tamen legit* Φρατήρ.

2. *Nonnulla Verbalia in* της, *quæ Paroxytona, ut:* προφήτης *Propheta*, ψεύςης *mendax*, καρδιογνώςης *cordium scrutator*, γνώςης *cognitor*, κλέπτης *fur*, ψάλτης *psaltes*, ὑπηρέτης *minister*, ἐργάτης *operarius*, &c.

3. *Verbalia Composita in* τος & μος *Polysyllaba, quorum Primitiva inusitata sunt, sunt Proparoxytona*, ἀδιαλόγιςος *irrationabilis*, ἀξιάκουςος *auditu dignus* &c.

IV. Adjectiva in ρος, ςος, ικος, λος, θος, & imprimis quæ materiam non significant in νος, sunt Oxytona, *ut:* πονηρὸς *malus*, διδακτικὸς *aptus ad docendum*, εἰκοςὸς *vigesimus*, καινὸς *novus*, καλὸς *bonus.* ἀγαθὸς *id.*

Excipiuntur 1. *Comparativa & alia, quæ usus suppeditabit, ut:* ἀξιώτερος *dignior*, ἐλεύθερος *liber*, δεύτερος *secundus*, δῆλος *manifestus*, ἐκεῖνος *ille*, μόνος *solus* &c.

2. *Composita plurima, ut:* ἔμμορος, *particeps.*

3. *Denominativa materiam significantia, ut:* λίθινος *lapideus.* *Vid. Reg.* 3. *de Proparox. p.* 80.

V. Adjectiva & Substantiva in υς, quando hæc per υδος declinantur, sunt Oxytona, *ut:* ἡδὺς *dulcis.* πολὺς *multus.* πραῢς *mansuetus*, χλαμὺς, χλαμύδος *Chlamys.*

Exci-

Excipiuntur Composita, de quibus inferiùs, & alia, quæ usus suggeret.p.81. Artic.VI.

VI. In ις Deminutiva, nec non Fœminina Substantiva Mobilia, quæ fiunt à Masculinis in ην, ευς, ος & ας, sunt Oxytona, *ut:* θεραπαινὶς *ancillula.* ἑλληνὶς *Græca ex* ἕλλην. βασιλὶς *Regina ex* βασιλεύς. συμμαχὶς *socia belli ex* σύμμαχος. ἡρωὶς *herois ex* ἥρως *heros.*

Sed formata à Masculinis in ης retinent Accentum in eadem Syllaba, quâ Masculinum, *ut:* δεσπότις *domina à* δεσπότης. προςάτις *præfecta à* προςάτης.

Verùm quæ in Genitivo δ *ante* ος *non habent, sunt Proparoxytona, ut:* παράκοιτις, ιος *uxor à* παρακοίτης *maritus.*

VII. Ποιέω & ἄγω, in compositione Nominum ultimum obtinentia locum faciunt Oxytona, si significant Activè, *ut:* εἰρηνοποιὸς *pacem concilians.* παιδαγωγὸς *Pædagogus.* p. 81.

Excipe *Decomposita & Passivè significantia, quæ sunt Proparoxytona, ut:* εὐπαράγωγος *qui facilè decipitur,* δυσεξάγωγος *qui difficilè educitur,* ἀνάγωγος *institutione carens.*

VIII. Verbalia in α & η si sunt Simplicia vel juxta rationem Verborum composita, sunt Oxytona: *ut:* σπορὰ *satio,* διαφορὰ *differentia.* γραφὴ *scriptura,* ἀπογραφὴ *descriptio,* προσευχὴ *oratio.*

Excipiuntur *quædam, & illa inprimis, quæ ante* μη *habent Vocalem longam, ut:* φήμη *fama.*

γνώμη sententia. νίκη victoria. Sic σκάφη scapha ad differentiam σκαφὴ effossio.

IX. Verbalia Simplicia Adjectiva in *ος* à Præterito Medio formata, sunt Oxytona, *ut: τομὸς scindens. λοιπὸς reliquus. De Substantivis verò vide Reg. 2. de Paroxytonis. p. 77.*

X. Nomina in *ων* loca & receptacula significantia, nec non Substantiva in *ας & αν per αδος & ανος* in tertia Declinatione declinata, sunt Oxytona, *ut: ἀμπελὼν vinetum, νυμφὼν sponsi conclave, λαμπὰς fax. φυγὰς exul. μονὰς unitas. τιτὰν Sol. παιὰν. πελεκάν.*

Hûc & alia Substantiva in εδων & ηδων trahenda, ut: μελεδὼν cura. Καρχηδὼν *Carthago. ἀηδὼν luscinia. Sic etiam αἰὼν seculum. χελιδὼν hirundo. ἡγεμὼν Dux. χιὼν nix. εἰκὼν imago.*

XI. Substantiva Simplicia in *ην*, & quæ *ιν & ις* simul habent, sunt Oxytona, *ut: ποιμὴν pastor. σωλὴν fistula. δελφὶς & δελφίν. αὐχὴν cervix.*

Excip. 1. *quædam Paroxytona, ut: ἕλλην Græcus. εἴρην puer, qui jam fari potest. 2. Composita & Adjectiva, ut: νεόμην nova luna. ἐριαύχην qui collo elato est. τέρην tener. De Compositis p. 81.*

XII. Nomina peregrina & exotica sunt Oxytona, Ἀβραάμ. Μιχαήλ.

XIII. Sunt & plurima alia Oxytona, quæ usu cognoscenda sunt, *ut: θεὸς Deus, σποδὸς cinis, δοκὸς trabs, ὁδὸς via, κεφαλὴ caput, ἀρετὴ virtus &c.*

Nullum Substantivum in *ον* est Oxytonum, præter *ᾠὸν* ovum, (ad differentiam τοῦ ᾤον con-

conclave) & Adjectiva Substantivè posita, *ut:* *τὸ καλὸν honestum.*

ARTICULUS II.

De Perispomenis.

I. Ευ & ου finalia, si Tonum habent, circumflectuntur, *ut: εὖ bene, πανταχοῦ ubique.* Perispomena.

Præter ἰδοὺ ecce, ἰοὺ vox dolentis.

II. Diminutiva in ας & υς sunt Perispomena, *ut: ζηνᾶς ex ζηνόδωρος, Διονῦς ex Διόνυσος.*

III. Monosyllaba longa relicta post Aphæresin & Apocopen, sunt Perispomena, *ut: φῆν, φῆς, φῆ, dixi, dixisti, dixit, pro ἔφην, ἔφης, ἔφη, φῦν, φῦς pro ἔφυν, ἔφυς, sum, es. δῶ pro δῶμα, domus, κρῖ pro κριθὴ hordeum.*

Excipitur χρὴ ex χρῆμι oportet.

Vid. p. 71. de Æolib. reg. 1. except. 2.

ARTICULUS III.

De Paroxytonis.

1. Nomina in υνη, α purum, ης & ας primæ Declinationis sunt Paroxytona, *ut: σωφροσύνη temperantia, σοφία sapientia, ταμίας quæstor, δεσπότης dominus.* Paroxytona.

Excipiuntur 1. Verbalia in της, quæ sunt Oxytona. *Vide Reg. 3. de Oxyt. p. 71.*

2. Pauca quædam, quæ habent ᾶς, *ut: Λουκᾶς, σκτανᾶς &c. quibus Attica addas.*

3. No-

3. Nomina in ια Substantiva, facta ab aliis Substantivis Immobilibus, quæ sunt Oxytona, *ut*: καλιὰ *nidus* ἀπὸ κᾶλον *lignum*. στρατιὰ *militia* ἀ στρατὸς *exercitus*. λαλιὰ ἀ λάλος *loquaculus*. γενεὰ *generatio* ἀ γένος *& alia*.

Sed ἀγγελία *annunciatio*, διδασκαλία *doctrina*, λειτουργία *ministerium*, κοπρία *stercus*, *ab* ἄγγελος, διδάσκαλος, λειτουργὸς, κόπρος, *Regulam sequuntur*.

4. Nomina in οια *ex* νοῦς *mens*, ῥοῦς *fluxus*, πλοῦς, *naves*, πνοῦς *flatus*, quæ sunt Proparoxytona, *ut*: πρόνοια *providentia*. ἄγνοια *ignorantia*. εὔροια *facilitas fluendi*. ἀπόῤῥοια *defluxus*. ὁμόπλοια *navigationis societas*. ἄπνοια *carentia flatus*. σύμπνοια *conspiratio*, *Gell. Conspiratus*.

5. Propria in εια ex Propriis in η, nec non Substantiva τρεια, τρια, motione formata à Nominibus in ηρ & της, *ut*: πηνελόπεια ex Πηνελόπη. μαθήτρια *discipula* ex μαθητής. ποιήτρια ex ποιητὴς *Poëta*. σώτρεια ex σωτὴρ *Servator*.

Huc refer Nomina Substantiva in εια *ex Nominibus in* ευς *formata*, *ut*: βασιλεὺς *Rex* βασίλεια *Regina*. ἱερεὺς *Sacerdos*, ἱέρεια *sacerdos fœmina*.

6. Nomina in εια ex Nominibus in ης Tertiæ Declinationis, quæ sunt Proparoxytona; sicut ea, quæ à Verbis in ευω Regulam imitantur, seu sunt Paroxytona, *ut*: ἀλήθεια *veritas ab* ἀληθής. εὐσέβεια *pietas ab* εὐσεβής. *At* βασιλεία *regnum*, δουλεία *servitus*, ἑρμηνεία *interpretatio*, *à* βασιλεύω, δουλεύω, ἑρμηνεύω. *Sic excluso Ionicè* ε, *dico* ἀληθία, ἀσθενία *imbecillitas*.

II. Verbalia Substantiva in ος à Præterito Me-

Medio, sunt Paroxytona, *ut:* λόγος *sermo.* τόμος *sectio.* τρόχος *cursus.* (τροχὸς *rota differentiæ causâ*) βόλος *jactus.* *At* σκοπὸς *scopus ab* ἔσκοπα. ἄγγελος *ab* ἤγγελα. De Verbalibus Adjectivis vide p. 74. Reg. 9.

III. Deminutiva in ισκος, ισκη, χνη, κνη, ξ, cum Adjectivis in εος & οος, nec non Verbalibus in εος & εον, sunt Paroxytona, *ut:* νεανίσκος *adolescentulus.* ἀνθρωπίσκος *homuncio.* παιδίσκη *ancillula,* πολίχνη *oppidulum.* πιθάκνη *doliolum.* φύσιγξ *vesicula.* ἀργαλέος *difficilis.* ἁπλόος *simplex.* τριπλόος *triplex.* λεκτέος *dicendus.* οἰςέον καὶ ἐλπιςέον *ferendum & sperandum.*

IV. Deminutiva in ιον, quorum Primitivorum Dativus est Oxytonus, sunt Paroxytona, *ut:* θηρίον *parva fera,* θὴρ, θηρὶ. παιδίον *puerulus,* παῖς, παιδί.

Huc & ea pertinent, quæ in Dativo sunt Perispomena, *ut:* ςρυθίον *passerculus ex* ςρυθὸς ςρυθῷ, *passer.* ψωμίον *offula ex* ψωμὸς ψωμῷ, *offa,* νοσσίον *pullus tenellus,* νοσσὸς νοσσῷ, *pullus.*

Sic βιβλίον *à* βίβλος *liber.* τεκνίον *à* τέκνον *filius.* σχοινίον *à* σχοῖνος *funis.* νησίον *à* νῆσος, *insula.*

Quæ verò Tonum non habent in Ultima Dativi, sunt Proparoxytona, *ut:* θυγάτριον *filiola,* θυγάτηρ, μόριον *particula,* μόρος *pars.* ποιημάτιον *parvum poëma,* ποίημα. κόριον *puellula,* κόρη *virgo.* ζώδιον *animalculum,* ζῶον *animal.*

Huc refer & ἐπιςόλιον *quod est ex* ἐπιςολή.

V. Tertiæ Declinationis Dissyllaba in ος & α, nec

α, nec non in ις per ιος declinata, penultimam naturâ brevem habentia, sunt Paroxytona, quæ longam, sunt Properispomena, *ut: τὸ σκότος, tenebræ. τὸ κέρδος, lucrum. τὸ ὄρος, mons. τὸ ἔθος, consuetudo. τὸ ςόμα, os, τὸ δόγμα, decretum. τὸ γάλα, lac. ἡ πέψις, concoctio. ἕξις, habitus. κρίσις, judicium. θνῆσις, mors. νῖκος, victoria.*

VI. Adjectiva in ωδης, οεις, ηεις, ιεις, ωεις & ων Tertiæ Declinationis, nec non Patronymica *in* αδης, ιδης *vel*, η; *sunt Paroxytona, ut:* νοσώδης *morbosus*, κρυόεις *frigidus*. χαρίεις *gratiosus*, αἰγλήεις *fulgens*. Φωνήεις *vocalis*. Πηλιάδης, Νεςορίδης *&c. Vide p.* 71. *Except.*

VII. Nomina in ας per ατος & αντος declinata, nec non in ης per ητος & Composita in αν sunt Paroxytona, *ut:* κέρας *cornu.* Α῎ιας Α῎ιαντος *Ajax.* σύμπαν, *universum.* ἰσότης ἰσότητος *æqualitas.*

Nota: 1. in ας per ατος Penultimam naturâ longam circumflectunt, ut: τὸ γῆρας *senectus.*

2. Pauca in αντος declinata excipiuntur, ut: ἱμὰς *lorum*, ὁ ἀλλᾶς ἀλλᾶντος *botulus. Sic* βραδυτὴς *tarditas.* ταχυτὴς & ταχύτης *celeritas.*

VIII. Verbalia in μων & τωρ sunt Paroxytona, *ut:* ὁ γνώμων *gnomon.* ὁ ῥήτωρ *Rhetor.* κτήτωρ *vel* κτάτωρ, *possessor.* οἰκτίρμων *misericors.*

IX. Imperativi à præpositione dissyllaba & voce monosyllaba compositi sunt Paroxytona, *ut:* ἀπόδος, *redde.* διάδος, *distribue.* ἐπίχες, *contine, &c. vid. p.* 88.

X. Alia, quæ hîc non continentur, usui committenda sunt, *ut:* παρθένος *virgo.* ὀλίγος *paucus.* ποικίλος *varius*, ἐναντίος *oppositus &c.*

A R-

ARTICULUS IV.

De Properiſpomenis.

I. Subſtantiva in ειον locum & receptaculum ſignificantia, Adjectiva item in αιος & ειος ſunt Properiſpomena, *ut:* ῥωμαῖος *Romanus*. σπουδαῖος *ſtudioſus*. ἀναγκαῖος *neceſſarius*. ἀλλοῖος *diverſus*. σημεῖον *ſignum*. πανδοχεῖον *diverſorium*. μνημεῖον *monumentum*. βαλανεῖον *balneum*. Properiſpomena.

Excipe: βέβαιος *firmus*. βίαιος *violentus*. δίκαιος *juſtus*. γεραιὸς *ſenex*. παλαιὸς *antiquus*. κραταιὸς *robuſtus*. ὅμοιος *ſimilis*, *quod Atticè* ὁμοῖος.

II. Diſſyllaba in α, nec non ις *&* ος purè declinata, Tertiæ Declinationis Penultimam naturâ longam circumflectunt, *ut:* τὸ σῶμα *corpus*. γνῶσις, ιος *cognitio*. ςῆθος, ςήθεος *pectus*. p. 111.

III. Nomina in ξ penultimam naturâ longam circumflectunt, niſi ultima talis fuerit, *ut:* αὖλαξ *ſulcus*. πῖδαξ *fons*. *at* Φοίνιξ *ſupra p. 69*.

IV. Pleraque Diſſyllaba in α impurum breve primæ Declinationis Penultimam natura longam circumflectunt, *ut:* γλῶσσα *lingua*, μοῦσα *&c. Vide Regulæ ſeq. Notas.*

ARTICULUS V.

De Proparoxytonis.

I. Verbalia in ις, τηριον, τρον, & μα, nec non in ος Tertiæ Declinationis, & plurima in α *impurum* Primæ, ſunt Proparoxytona, *ut:* Proparoxytona.

ποίησις *Poësis.* δύναμις *potentia.* ποτήριον *poculum.* δίδακτρον *merces, quæ datur docenti.* ποίημα *poëma.* ἁμάρτημα *peccatum.* μέγεθος *magnitudo.* μέριμνα *cura..* ἔχιδνα *vipera*, τράπεζα *mensa.* θάλασσα *mare.* μάχαιρα *gladius.* νίκημα *victoria.* νόσημα *morbus &c.*

Nomina in ρα Primæ, præcedente Vocali acuunt Penultimam, *ut:* ἡμέρα *dies.* χήρα *vidua.*

Præcedente verò Diphthongo Dissyllaba Penultimam circumflectunt, *ut:* χεῖρα *chirographum. Suid.* Trisyllaba vero Antepenultimam acuunt, *ut:* θυάτειρα, *victimas consumens.*

Reliqua, quæ excipiuntur, usu sunt cognoscenda.

p. 72. II. Adjectiva in ειος, ιος & ιμος sunt Proparoxytona, *ut:* τέλειος *perfectus.* ἅγιος *sanctus.* χρήσιμος *utilis.*

III. Adjectiva in νος, à materia denominata, sunt Proparoxytona, *ut:* λίθινος *lapideus.* ξύλινος *ligneus.* ἀνθρώπινος *humanus.*

IV. Numeralia Ordinalia ultra Denarium hyperdissyllaba, & cardinalia in κοντα, κοσιοι, χιλιοι, sunt Proparoxytona, *ut:* τέταρτος *quartus.* δέκατος *decimus.* τριάκοντα *triginta.* τριακόσιοι *trecenti.* τρισχίλιοι *ter mille &c.*

Sed Ordinalia Dissyllaba intra Denarium, Tonum in Penultima retinent, ut: τρίτος *tertius.* πέμπτος *quintus.* ἕκτος *sextus.* πρῶτος *primus.*

Refer huc ea, quæ habentur p. 76. dist. 4. 5. 6.

Dantur & alia plurima Proparoxytona, quæ Usu feliciùs quàm Præceptis cognoscuntur.

A R-

ARTICULUS VI.

De
Accentu Nominativi in Compositis.

Composita Regulas de Sede Accentuum Generales imitantur, *hoc est:* Si Ultima est brevis, acuitur Antepenultima: Si longa Penultima. *Vide pag.*68. *de Sede Accent. ut:* σοφὸς *sapiens.* ἄσοφος *insipiens.* Χριςὸς *Christus.* ἀντίχριςος *Anti-christus.* φιλόκαλος *studiosus munditiei.* φιλόσοφος *studiosus sapientiæ.* ῥαβδόεχος *pro quo contractè* ῥαβδῦχος *clypeum tenens.* δαδῦχος *pro* δαδόεχος *faciem tenens.* γαιήοχος *terram continens.* κατάλογος *enumeratio.* πρόπολος *famulus.* ἀρίδακρυς *facile lacrymans.* αἰθρηγενέτης *serenitatem inducens.* ἑκὼν, ἀέκων, *volens, nolens.* Compositorum Accentus.

Excipiuntur I. *Verbalia in* τος, *quorum Verbum compositum usitatum est, ut:* εὐλογητὸς *Benedictus, ab* εὐλογέω.

II. Adjectiva in της Tertiæ, *juxta Reg.* 2. *de Oxyt. ut:* ἀσφαλὴς *certus.*

III. Verbalia in η, *juxta Reg.* 8. *de Oxyt.*

IV. Composita à ποιέω & ἄγω, *juxta Reg.* 8. *de Oxyt. quibus adde Composita cum* ὖρος, *ut:* πυλωρὸς *portæ custos.*

V. Composita in ος cum Nomine ἔργον, *si Substantivè significant*, sunt Oxytona, *ut:* ἀγαθουργὸς *beneficus.* λειτουργὸς *publicus minister.* συνεργὸς *collaborator.*

Sed Composita cum παρὰ & περὶ & *Adjectivè*

 signi-

significantia, sunt Proparoxytona, ut: πάρεργος *præter opus*, περίεργος *curiosus*. ἡμίεργος *semifactus*.

Quibus adde πανῦργος *&* κακῦργος *pro* παντόεργος, κακόεργος.

VI. Composita in ος à βάλλω, χέω & πολῶ *versor*, cum Nominibus vel Adverbiis, sunt Paroxytona, cum Præpositionibus Proparoxytona, *ut:* ἑκηβόλος *eminus jaculans*. ὀνειροπόλος *circa somnia versans*. οἰνοχόος *pincerna*. ἀμφίπολος *minister*.

VII. Composita in ος cum Nominibus & Præteritis Mediis Activè significantia sunt Paroxytona, Passivè Proparoxytona, *ut:* πατροκτόνος *parricida*. πατρόκτονος *à patre interfectus*. θεοτόκος *DEI genitrix sive Deipara*. θεότοκος *à DEO natus*. πρωτοτόκος *quæ primùm peperit*. πρωτότοκος *primogenitus*. Nota: In hisce compositis Verbum ultimum debet tenere locum.

VIII. Composita in ικος *sunt Oxytona, ut:* θεολογικός. νομοθετικός. *Vide de Oxyt. Reg. 4. p. 72.*

Adde IX. In ις Diminutiva, *sunt Oxytona, Reg. 6. de Oxyt. p. 72.*

Excipiuntur & alia, quæ usu discenda, ut: ἀδελφὸς *frater*.

p. 64. ## DISTINCT. II.

De Accentibus in Casibus Nominum.

I. Accentus Nominativi manet idem & in eadem Syllaba in Obliquis, nisi natura Accentuum impedimento fuerit, *ut:* λόγος λόγῳ, ποιμὴν, *pastor*, μένος, μένι, μένα. λαμπὰς, άδος, άδι, άδα.

Oxi-

Oritur verò impedimentum vel

- ab Ultima longa quoad
  - *Speciem.* Sic enim Circumflexus in Penult. mutatur in Acutum, *ut:* μῦσα μύσης. *Vide pag.* 64. *Reg.* 2. *de Nat. Accent.*
  - *Sedem.* Ultimâ enim longâ Acutus ex Antepenult. in Penult. transferendus. ἄνθρωπος ἀνθρώπου. *p.* 68. *m.* 5.
- ab Ultima brevi, *quoad speciem*, ubi, si Penult. est naturâ longa, & Accentum habet, circumflectenda ea erit. σωτὴρ σωτῆρος. *pag.* 71. *n.* 3.
- à Vocis extensione
  - *Quoad* Speciem. Circumflexus enim in Antepenult. non subsistit; *hinc* in Acutum mutatur. σῶμα σώματος. *Pag.* 69. *Reg.* 6. *p.* 64. *Reg.* 2.
  - *Quoad* Sedem. Nullus enim elevans Accentus in quarta à fine Syllabâ subsistit. *Hinc ex quarta à fine in tertiam is transferendus, ut:* παράκλησις παρακλήσιος. *Pag.* 64. *m.* 3. *p.* 69. *m* 6. Singulare est μία μιᾶς μιᾷ μίαν.

Nota: I. Adjectiva Fœminina è Masculinis isosyllabis orta, habent in Nominativo & Vo-

cativo Plurali eandem Accentûs sedem cum Masculino & Neutro, *ut: ἅγιος sanctus, ἁγία, ἅγιον, ἅγιοι, ἅγιαι, ἅγια.*

II. Nomina, quæ in Nominativo Primæ & Secundæ Declinationis sunt Oxytona, fiunt in Genitivo & Dativo Singularis, Pluralis & Dualis Numeri Perispomena, *ut: ποιητὴς, τοῦ, τῇ, ταῖν, τῶν, ταῖς, Poëta.* θησαυρὸς, ρῦ, ρῷ, *thesaurus.*

Idem judicandum de Genitivo Plurali & Duali in Tertia Declinatione Dissyllabo, *ut:* Φρενοῖν: Φρενῶν *mentium.* μητρῶν *matrum.* Sic Trisyllabum γυναικοῖν, γυναικῶν, *mulierum &* *Syncopatum* θυγατροῖν, θυγατρῶν, *filiarum.*

Excipe νεὼς *templum*, τοῦ νεὼ, λεὼς *populus*, λεώ. *Fiunt enim hæc Attica Perispomena in omnibus Dativis & Genitivis Dualis & Plur. Numeri, in reliquis Casibus sunt Oxytona.*

III. Genitivus in prima Pluralis circumflectitur in Ultima, *ut:* μοῦσα μουσῶν, ἀλήθεια *veritas*, ἀληθειῶν.

EXCEPTIO.

1. Fœminina Adjectivorum Paroxytona derivata à Nominibus in ος Secundæ manent Paroxytona, *ut:* ἁγίων ex ἁγία.

2. χλούνης *aper*, χρήστης *fœnerator*, ἐτησίαι *etesiæ*, *faciunt* χλούνων, χρήστων, ἐτησίων.

IV. Genitivi & Dativi Tertiæ declinationis Dissyllabi non contracti Accentum sortiuntur in Ultima: Nominativus, Accusativus & Vocativus

tivus in priori, *ut:* χειρὸς, χειρὶ, χεῖρα, χεῖρε, χειροῖν, χεῖρες, χειρῶν, χερσὶ, χεῖρας.

Hac Regulâ comprehenduntur etiam Obliqui Dissyllaborum ex Trisyllabis per Syncopen formatorum, *ut:* ἀνὴρ, ἀνέρος ἀνδρὸς ἀνδρί. μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, μητρί. *Sic* ἀρνὶ *agno*, κυνὶ *cani*, *& Anomalum* γυνὴ, γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γύναι. *Plur.* γυναῖκες, γυναικῶν. *Sic &* θυγάτηρ, θυγατέρος θυγατρὸς, θυγατέρι θυγατρὶ, θυγατέρα θύγατρα, θύγατερ. *Dual.* θυγατέρε θύγατρε, θυγατέροιν θυγατροῖν. *Plur.* θυγατέρες θύγατρες, θυγατέρων θυγατρῶν. θυγατέρας θύγατρας.

E X C E P T.

1. Participia excipiuntur, *ut:* θεὶς θέντος, ὢν, ὄντος, δὲς, δόντος.

Quibus adde τῶν παίδων, πάντων, δμώων *servorum*, τοῖς πᾶσι. *Sic* ὖς *auris*, ὤτων. Φῶς *lumen* Φώτων, *ad differentiam* Φωτῶν *virorum*. Τρώων *Trojanorum*, θώων *luporum*. λάων. κράτων *capitum*, δάδων *facum*.

2. Τίς ἐρωτηματικὸν *seu interrogativum in omnibus Casibus est Paroxytonon:* τίς, τίνος, τίνι, τίνα: τὶς. *Indefinitum Oxyton.* τὶς, τινὸς, τινί.

V. Vocativi quidam Primæ Declinationis in τα & πα sunt Proparoxytoni, *ut:* δέσποτα, δεσπότης *dominus*, μητίετα, μητιέτης *consiliarius*, ἀκάκητα, ἀκακήτης, *innocens*, εὐρύοπα, εὐρυόπης, *late videns*. De Vocativo in specie.

VI. Nomina in ηρ, quorum Vocativus in ερ desinit, Accentum retrahunt, *ut:* πατὴρ πάτερ, ἀνὴρ ἄνερ, θυγάτηρ θύγατερ. *Sic* γύναι ὦ γυνή.

Fit hoc more Æolico. Hi enim ex Oxytonis Ba-

rytona & Paroxytona faciunt, *ut*: καλὸς, κάλος, ποταμὸς *fluvius*, πόταμος.

VII. Nomina Adjectiva in ης & ων, quæ Accentum in Neutro retrahunt, faciunt idem & hîc in Vocativo, *ut*: αὐτάρκης *contentus*, ὦ αὔταρκες, κακοήθης ὦ κακόηθες, εὐδαίμων ὦ εὔδαιμον.

Huc pertinent propria in ης Tertiæ purè declinata, quæ Accentum in Antepenultimam rejiciunt, *ut*: Σωκράτης Σώκρατες, Δημοσθένης Δημόσθενες.

DISTINCT. III.

De Accentu in Contractione.

In Contractione. I. Ubi fuit Accentus extra Contractionem, in ea etiam Syllabâ manet in Contractione, *ut*: ποιέομεν ποιȣ̃μεν, ἀληθέος ἀληθȣ̃ς.

Except. *Metallica quædam & alia nonnulla Proparoxytona in* εος *fiunt post Contractionem per singularem Anomaliam Perispomena*, *ut*: χρύσεος χρυσȣ̃ς *aureus*. χάλκεος χαλκȣ̃ς *æreus*. ἀργύρεος ἀργυρȣ̃ς *argenteus*. *Sic* ἀθρόος ἀθρȣ̃ς *frequens*, ἀδελφίδεος ἀδελφιδȣ̃ς *fratris filius &c. vid. Voss. p.* 36. *ad Clenardum*.

II. Omnes Syllabæ contractæ, Tonum recipientes, habent Circumflexum, *nisi natura Circumflexi repugnet*, *ut*: διδȣ̃μεν, ποιῶ.

Except. 1. Contractio, quæ fit ex Gravi & Acuto, habet Acutum, *ut*: ἑσαὼς, ἑςὼς stans. βεϐὼς, βεϐαὼς. id.

2. Duales in ω Contracti, *ut*: νὼ ex νόω *mentes*.

3. *Accusativus in* ω *contractus à Nominibus in* ω *vel* ως, *ut*: αἰδὼ ex αἰδόα, Λητὼ, Λητόα. *Latonam*.

DI-

DISTINCT. IV.

De Accentibus in Motione.

I. In qua Syllaba est Accentus Masculini in Genitivo, in ea est & in Fœminino, *ut:* ποιέων ποιέοντος, ποιέουσα. ἐλεύθερος *liber*, ἐλευθέρου, ἐλευθέρα. ἡδὺς *dulcis*, ἡδέος, ἡδεῖα. τέλειος *perfectus*, τελείου, τελεία.

Et quidem si ultima Genitivi in Masculino est brevis, & Fœminini ultima brevis erit: si ista est longa, & hæc longa erit. *Hinc α in* ἡδεῖα *breve, quia in Genit.* ἡδέος. In motione.

Excipiuntur ab hac Regula tria, nempe πότνιος, *venerandus*, ποτνίου, πότνια, δῖος *divinus*, δίου, δῖα, εἷς *unus*, μία, ἕν.

II. Neutra retinent Accentum in ea Syllaba, quâ Masculinum, *licet species interdum mutetur*, *ut:* χαρίεις *gratiosus* χαρίεν, νοσώδης *morbosus*, νοσῶδες.

EXCEPT.

I. Neutra in ες, à communibus in ης Paroxytonis formata, fiunt Proparoxytona, *ut:* αὐτάρκης, αὔταρκες, κακοήθης, κακόηθες.

Sed desinentia in ώδης *Regulam imitantur.*

II. Composita in ων, *quorum Vocativus habet* ον, nec non Comparativa in ων fiunt in Neutro Proparoxytona, *ut:* κακοδαίμων, κακόδαιμον, βελτίων *melior*, βέλτιον, εὐδαίμων *felix*, εὔδαιμον.

Sed Composita à Φρὴν *mens*, Regulam sequuntur, *ut:* δαΐφρων *prudens*, δαΐφρον. βαθύφρων, *cui mens est profunda*, βαθύφρον.

DISTINCT. V.

De Accentu Pronominum.

Pronominum. Pronomina Ultimam acuunt, ἐγὼ, σὺ, ἐμὸς, *meus*, ἑὸς, *suus*.

Except. 1. οὗτος cum Derivatis, ἐκεῖνος & δεῖνα sunt Perispomena. 2. quæ in τερος desinunt, Proparoxytona, ἡμέτερος, σφέτερος.

DISTINCT. VI.

De Accentu Verborum.

Verborum. I. Accentus Verborum ac Participiorum ipsius τύπτω naturam imitantur, ex quo optimè cognoscuntur.

II. Tempora Indefinita & Præterita Dissyllaba, priori longa, servant Accentum Simplicis in Compositis, *ut:* κατεῖχον *retinuerunt*, εἶχον, συνῆλθον *convenerunt*, ἦλθον.

Huc refer Composita à σχέω *in Aor. 2. Act.* κατέσχον, *obtinui.* παρέσχον *præbui.* ὑπέσχε *supposuit*, ὑπερέσχον *superjecerunt. Sic* ἀπόδος *redde*, ἐπίθες *impone.*

Excipe σύνοιδα *conscius sum.*

Reliqua verò Compositorum tempora Accentum ad Antepenultimam referunt, nisi Ultima fuerit longa.

Imperativi quinque ἐλθὲ *veni*, εἰπὲ *dic*, ἰδὲ *vide*, λαβὲ *sume*, εὑρὲ *inveni*, sunt oxytona p. 181.

DI-

DISTINCT. VII.
De Accentu Adverbiorum.

I. Adverbia in δον *(nisi fuerint Neutra Adverbialiter usurpata)* ει, ςι *& pleraque in* τι *sunt Oxytona, ut:* ὁμοθυμαδὸν *unanimiter,* πανςρατὶ *cùm toto exercitu,* αὐτολεξεὶ *iisdem verbis,* ἑλληνιςὶ *Græcè.* Adverbiorum.

II. Adverbia in θεν, σε, δε, ζε, θι, *Accentum in eâ, quâ in Primitivis fuit, Syllaba retinent, ut:* οἴκοθεν, ȣ̓ρανόθεν, ἀληθῶς, ȣ̓ρανόθι.

Pauca excipiuntur, ut: ποντόθεν *è mari,* πόντος *pontus,* κυκλόθεν *in circuitu,* κύκλος *circulus,* παιδιόθεν *a pueritia* παιδίον *&c.*

III. Adverbia in ακις *&* ακι *sunt Paroxytona, ut:* πολλάκις *sæpè,* ἑπτάκις *septies.*

IV. Adverbia in ως *derivantur à Genitivis Pluralibus Adjectivorum & Participiorum. Unde istum Accentum, quem Genitivus habet, retinent, ut:* δικαίως *justè,* ἀληθῶς *verè.*

Adverbia in δην *sunt Paroxytona, ut:* συλλήβδην *summatim.* Διαῤῥήδην *disertè.*

DISTINCT. VIII.
De Accentu Præpositionum.

Omnes Præpositiones, *præter eas, quæ Accentu carent,* habent Acutum in Ultima, *ut:* πρὸ, περὶ, ἀντὶ, παρά &c. præpositionum.

Nota: Postpositæ suo Casui, aut pro Verbis Substantivis usurpatæ Præpositiones (præter) ἀνὰ *&* διὰ quæ ob differentiam Accentum in Ultima

 sem-

ſemper habent) *Accentum in primam retrahunt*, *ut:* τέτων πέρι pro περὶ τέτων, ἄπο pro ἄπιθι *abi*, πάρα pro πάρεςι *adeſt*.

SECTIO III.

De Grammatica Vocis conſideratione Eſſentiali.

p. 26. 1. *Sic fuit* Accidentalis *Vocis conſideratio*, *ſequitur nunc* Eſſentialis, *quo reſpectu Voces ſunt vel* Flexibiles *vel* Inflexibiles. p. 286.

2. Flexibiles *ſunt*, *quarum Terminatio flecti poteſt*. *Suntque vel* Declinabiles, *ut:* Articulus, Nomen, Pronomen & Participium; *vel* Conjugabilis, *ut:* Verbum.

3. Inflexibiles *ſunt* Adverbium, Præpoſitio & Conjunctio.

SECTIO III.

CAP: I.

De ARTICULO.

Articulus. *I. Nomini Grammatici communiter præmittunt Doctrinam de* Articulis.

II. Eſt verò Articulus *vel* Præpoſitivus *vel* Poſtpoſitivus.

III. Præpoſitivus, ὁ, ἡ, τὸ, *Nomini*, *Præpoſitioni & Participio præponitur*, *nec ſignificationem eorum mutat*, *ſed idem ſignificat*, *quod Belgarum* die/ deze/ dat/ *vel* ה *Emphaticum Ebræorum.*

IV. Poſtpoſitivus ὅς, ἥ, ὅ, reſpondet Relativo Latinorum, *qui*, *quæ*, *quod*.

Decli-

Declinantur verò sic:

Præpositivus.	*Postpositivus.*
Sing.	*Sing.*
N. ὁ ἡ τὸ,	*Sic & postp. Sublato* τ. ὃς ἣ ὃ.
G. τοῦ τῆς τοῦ.	*G.* οὗ ἧς οὗ.
D. τῷ τῇ τῷ	*D.* ᾧ ᾗ ᾧ.
A. τὸν τὴν τὸ.	*A.* ὃν ἣν ὃ.
Dual.	*Dual.*
N. A. τὼ τὰ τὼ.	*N. A.* ὣ ἃ ὣ.
G. D. τοῖν ταῖν τοῖν.	*G. D.* οἷν αἷν οἷν.
Plur.	*Plur.*
N. οἱ αἱ τά.	*N.* οἳ αἳ ἃ.
G. τῶν *in omni Gener.*	*G.* ὧν *in omni Genere.*
D. τοῖς ταῖς τοῖς.	*D.* οἷς αἷς οἷς.
A. τοὺς τὰς τὰ.	*A.* οὓς ἃς ἃ.

Nota: Articulus, ex sententia Grammaticorum caret Vocativo, de quo, quid statuendum, dicetur alibi. Vicem ejus supplet adverbium vocandi ὦ.

V. Componuntur etiam Articuli cum aliis; Et quidem Præpositivus cum τε, δε & γε, *ubi ipse Articulus declinatur simpliciter, apposito* τε, δε & γε. Postpositivus cum γε, περ & τις, *ubi hic & Articulus & τις declinatur, ut:* ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, *G.* οὗπερ, ἧσπερ, οὗπερ. *D.* ᾧπερ, ᾗπερ, ᾧπερ *A.* ὅνπερ, ἥνπερ, ὅπερ.

Ὅστις ἥτις ὅ, τι. *G.* οὗτινος, ἧστινος, οὗτινος. *Dat.* ᾧτινι, ᾗτινι, ᾧτινι *Acc.* ὅντινα, ἥντινα, ὅ, τι. *Plur. N.* οἵτινες, αἵτινες, ἅτινα. *G.* ὧντινων, *per tria Genera &c.* ὅσγε, οὗγε, ᾧγε, *&c.*

Interdum & ουν *præterea accedit, ut:* ὁστισοῦν, ἡτισοῦν, ὁ, τιοῦν *quicunque, quæcunquè, quodcunque.*

Atti-

Articulus compositus cum γε & δη Pronominis Demonstrativi significationem induit: hic, hæc, hoc.

N O T Æ.

I. Articulus Subjectum Propositionis in Oratione aliàs ambigua monstrat, *ut: Joh.* 1. 1. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, λόγος *est Subjectum.* πνεῦμα ὁ θεός ἐστι, *DEUS est Spiritus.*

Si verò Subjectum Orationis per pronomen Demonstrativum aut Relativum indicatur, tunc Articulus & Prædicato inservit, ut: ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, *Matth.* 5.

II. Articulus frequentissimè rem certam & definitam aut Emphasin designat, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, *Matth.* 11. *Joh.* 10. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *Ego sum Pastor ille Bonus.* πάρεστιν ὁ ἀνὴρ, die Man is daer / *scil. de quo loquutus es, vel quem nosti.* πάρεστιν ἀνὴρ, daar is een Man. *Sic Matth.* 1. 13. ἡ παρθένος, *quod Esa.* 7. 14. העלמה de Maagt. *add. Jos. Scal. Epist. p.* 505. & 506.

Ante Participia in Nomina degenerantia ἀορίστως plerumque significat. ὁ σπείρων Nominaliter *Sator* een Zajer. *Luc.* 8. 5.

III. Orationi infinitivæ præfixus, eam Nominis gerere vicem indicat: *ut:* ἐκ τοῦ ὁρᾷν ἐστι τὸ ἐρᾷν, *pro* ἐκ τῆς ὁράσεως *ex contemplatione est amor.*

IV. Articulus in Genere Neutro præpositus, ὑλικῶς seu Materialiter Nomen sumi indicat, *ut:* τὸ λόγος *Dissyllabum.*

V. Articulus Præpositus cum μὲν & δὲ inservit Oppositionibus, & μὲν *ad propinquius,* δὲ *ad*

ad remotius plerumque refertur. Vide Aristot. Lib. 3. Rhetor. cap. 5. Flac. part. 2. Clavis Scripturæ, Tract. 5. de stylo Pauli fol. 514. 519.

VI. Articuli Adverbiis Præpositi vim Nominum efficiunt, *ut:* ὁ πλησίον, οἱ ἔξω. ὁ πάλαι *antiquus.* οἱ οἶκοι *domestici.* ἡ σήμερον *hodierna dies.*

De Dialectis Articulorum.

1. Articuli in Masculino & Neutro Genere imitantur Secundæ; in Fœminino Primæ Declinationis Dialectos.

2. Pro οἱ & αἱ Doricè dicitur τοὶ & ταὶ cum Accentu *Vide pag. 56.*

SECTIO III.

CAP. II.

De NOMINE.

Sic de Articulo, sequitur nunc ipsum Nomen, ubi agendum de Declinatione & Nominis Divisione, pag. 119.

ARTICULUS I.

De Declinationibus.

Declinationes apud Græcos sunt tres, *quæ Terminationibus discernuntur per Casus & Numeros.* De Nomine.

2. Numeri apud Græcos tres sunt: Singularis, Dualis, Pluralis. *Ubi nota Dualem Numerum in N. T. non occurrere.*

3. Casus Græcorum sunt quinque: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus. Ablativi loco modo Genitivo modo Dativo utuntur, qua in parte ipsis tum cum Gallica, tum cum Latina lingua convenit.

Dativus semper habet Jota vel nude vel in Diphthongo.

Genitivus Pluralis ubique habet ων.

Attici in omni Declinatione Vocativum similem faciunt Nominativo.

DISTINCT. I.

De

Declinatione Prima.

Declinatio Prima habet quatuor Terminationes, α, η, ας, ης.

		Sing.	
N.	α η ας ης	τιμὴ *honor.*	χρύσης *Chryses.*
G.	ης ου	τιμῆς	χρύσου.
D.	ῃ	τιμῇ	χρύσῃ
A.	ην	τιμὴν	χρύσην
V.	η	τιμὴ	χρύση
		Dual.	
Nom. Acc. Voc.	α	τιμὰ	χρύσα.
Gen. & Dat.	αιν	τιμαῖν	χρύσαιν.
		Plur.	
N.	αι	τιμαὶ	χρύσαι.
G.	ων	τιμῶν	χρυσῶν
D.	αις	τιμαῖς	χρύσαις
A.	ας	τιμὰς	χρύσας
V.	αι	τιμαὶ	χρῦσαι.

Exem-

Exempla Tonodeictica.

In Masculinis.

Placuit adjicere Exempla, Tyrones ut haberent oculis quod pateat. Paginæ adjectæ indicant Accentum.

S.	N. Ταμίας p.67.1.	Προφήτης. p.71.111.	Κτιστὴς p.72.111.2.	
	G. ταμίου p.82.	προφήτου p.82.	κτιστοῦ. pag. 84.2.	
	D. ταμίᾳ	προφήτῃ	κτιστῇ	
	A. ταμίαν	προφήτην	κτιστὴν	
	V. ταμία.	προφήτα p.83.	κτιστά.	
D.	N. A. V. ταμία*	προφήτα	κτιστά.	
	G. D. ταμίαιν	προφήταιν	κτισταῖν.	
P.	N. ταμίαι	προφῆται p.83.	Κτισταὶ	
	G. ταμιῶν	προφητῶν	κτιστῶν p.84.111.	
	D. ταμίαις	προφήταις	κτισταῖς	
	A. ταμίας	προφήτας	κτιστὰς	
	V. ταμίαι.	προφῆται	κτισταὶ.	

* A in Duali est longum, in Vocat. Singul. breve.

In Fœmininis.

S.	N. Μοῦσα p. 79. 4.	Κόρη	Ἔχιδνα p. 79. 1.
	G μούσης	κόρης	ἐχίδνης p. 83.
	D μούσῃ	κόρῃ	ἐχίδνῃ
	A. μοῦσαν	κόρην	ἔχιδναν
	V. μοῦσα	κόρη	ἔχιδνα.
D.	N. A. V. Μούσα	Κόρα	Ἐχίδνα
	G. D. μούσαιν.	κόραιν	ἐχίδναιν.
P.	N. Μοῦσαι	Κόραι	Ἔχιδναι.
	G. μουσῶν	κορῶν	ἐχιδνῶν
	D. μούσαις	κόραις	ἐχίδναις
	A μούσας	κόρας	ἐχίδνας
	V. μοῦσαι	κόραι	ἔχιδναι.

S.	*N.* Θωμᾶς	Μνᾶ
	G. θωμᾶ	μνᾶς
	D. θωμᾷ	μνᾷ
	A. θωμᾶν	μνᾶν
	V. θωμᾶ	μνᾶ.

Exempla τῶν ὁλοπαθῶν.

S.	*N.* Ἑρμῆς ex ἑρμέας	Ἁπλῆ ex ἁπλόη
	G. ἑρμοῦ	ἁπλῆς
	D. ἑρμῇ	ἁπλῇ
	A. ἑρμῆν	ἁπλῆν
	V. ἑρμῆ	ἁπλῆ
D.	*N. A. V.* Ἑρμᾶ	Ἁπλᾶ
	G. D. ἑρμαῖν	ἁπλαῖν
P.	*N.* Ἑρμαῖ	Ἁπλαῖ
	G. ἑρμῶν	ἁπλῶν
	D. ἑρμαῖς	ἁπλαῖς
	A. ἑρμᾶς	ἁπλᾶς
	V. ἑρμαῖ	ἁπλαῖ.

Exempla I. Declinationis ad exercendos in declinandō tirones.

Masculina.

Ὁ Νεανίας adolescens.
πατραλοίας parricida.
μητραλοίας matricida.
ὀρνιθοθήρας auceps.
θυννοθήρας thynnorum venator.
μεσίτης mediator.
μαργαρίτης margarita.
νομοθέτης legislator.
συβώτης subulcus.
κλέπτης fur.
μαθητὴς Discipulus.
ποιητὴς Poëta.
κριτὴς Judex.
λυτρωτὴς liberator.
πύκτης pugil.

πολι-

πολίτης civis. ὀφειλέτης debitor.
δεσπότης dominus. ἰδιώτης privatus.
χάρτης charta. τεχνίτης artifex.

Fœminina.

Ἡ γλῶσσα lingua. θάλασσα mare.
δόξα gloria. μέριμνα cura.
ῥίζα radix. σκιὰ umbra.
σοφία ſapientia. στοὰ portus.
μωρία ſtultitia. ἀγορὰ forum.
φιλία amicitia. ἀρετὴ virtus.
σωτηρία ſalus. ἁφὴ tactus.
ἁμαρτία peccatum. ψυχὴ anima.
ἡμέρα dies. σχολὴ otium.
νίκη victoria. ὀργὴ ira.
θύρα janua. κεφαλὴ caput.
μέλισσα apis. ἄρουρα terra.
πεῖρα periculum. σφαῖρα ſphæra.

ANNOTATIONES.

1. In ης & ας ſunt Generis Maſculini, in α & η Fœminini.

2. Terminatio Genitivi in ας & ης eſt ου: in reliquis ης.

3. Nomina in α purum, nec non in δα θα ρα & ας purum, loco η in toto Singulari habent α, *ut:* ἀλήθεια, ἀληθείας, ἀληθείᾳ, ἀλήθειαν. ταμίας *quæſtor* ταμίου. *Dat.* ταμίᾳ. *A.* ταμίαν. *V.* ταμία.

Idem etiam faciunt in α Circumflexa, ut: ἀθηνᾶ *ex* ἀθηνάια, νᾶς, νᾷ, νᾶν *Pallas.* μνᾶ *mina,* ναυσικᾶ *Nauſica.*

4. *Quædam in ας, imprimis Periſpomena, habent in Genitivo more Dorico α, quod & in reliquis*

 caſi-

casibus retinent, ut: σαταν̃ᾶς, να, νᾷ, ν̃ᾶν, ν̃ᾶ. *Sic* θωμᾶσ. *&c.*

Ad Accusativum.

Desinentia in α & ας loco η habent α in Accusativo & Vocativo Singulari, *ut:* μ̃ȣσα *Accusat.* μ̃ȣσαν. *V.* μ̃ȣσα. Αʼινείας. *Acc.* αἰνείαν. *V.* αἰνεία.

Ad Vocativum.

2. Terminatio in ας & ης abjicit in Vocativo σ: α & η Vocativum similem habent Nominativo, Αἰνείας, ὦ αἰνεία, Αʼγχίσης, ὦ ἀγχίση.

2. Nomina in της & Poëtica in πης, item Composita à Verbis μετρῶ *metior*, πωλῶ *vendo*, τρίβω *tero*, & Gentilia habent in Vocativo α, *ut:* προφῆτα, ἐργάτα *operarie*, βιβλιοπώλης, βιβλιοπῶλα, γεωμέτρης γεωμέτρα. Præter Αʼιήτης, αἰναρέτης, *gravis virtute*, & Καλλιπέτης, quæ η retinent. Vide hic Gretser. p. 32.

De Accentu Vocativi vid. pag. 85. n. V. *De Genitivi Pluralis Accentu verò p.* 84. n. III.

3. In Prima Declinatione Nominativus, Accusat. & Vocat. Dualis, & Accusativus Pluralis habent Ultimam longam, unde Accentus fit mutatio; *Vide pag.* 83.

De Dialectis Nominum.

In 1. Declin.

Sing. Doricè in Singulari η in α, Ionicè α in η perpetuò & ubique mutatur, *ut:* ἀληθείη, ης, η, ην, η. ταμίης, η; ην, η.

Gen. ȣ, *Ion.* εω. *Dor.* ᾶ *&* άω, *Æol.* άο *&* ευ *Poët.* ω *&* εω. *Et si Nominativus Paroxytonus, tunc Genitivus Proparoxytonus,* πειλήδης, πειλήδεω: *si Oxytonus, tunc Genitivus Ionicus erit Paroxytonus:* ποιητὴς ποιητέω. *Acc.*

Acc. ην *Ion.* εα *in Masculinis tantùm.*
Dualis totus, ut & Nominat. & Vocativ. Plur. non variant.

Plur. G. ῶν *Ion.* έων *Dor.* ᾶν *Æol.* άων *Pag.* 20.
D. αις *Ion.* ης, *Poët.* αισι & ησι, & *interdum* ας.
A. ας *Ion.* εας *Dor.* ας *Æol.* αις. αἰνείεας αἰνείας. αἰνείαις.

Nota: Poëtæ Nominibus Fœmin. Syllabam φί vel φιν adjiciunt, *ut:* βίηφι ex ἡ βίη, *violentia p.* 103. *n.* 3. *p.* 112. *&c.*

ε Ionicum in Singulari & plurali semper ferè συνίζησιν patitur. Μῆνιν ἄειδε θεὰ πεληϊάδεω ἀχιλῆος.

DISTINCT. II.

De Declinatione Secunda.

Secunda Declinatio habet duas Terminationes, *ος & ον, quibus adde ως & ων per ὠμέγα, de quibus in Annotatis.*

		Sing.	
Nom.	ος	λόγος *p.* 82.	εὐαγγέλιον *p.* 83.
Gen.	ου	λόγου *Reg.* 1.	εὐαγγελίου.
Dat.	ῳ	λόγῳ.	εὐαγγελίῳ.
Accus.	ον	λόγον	εὐαγγέλιον.
Voc.	ε	λόγε	εὐαγγέλιον.
		Dual.	
Nom. A. & Voc.	ω	λόγω	εὐαγγελίω.
Gen & Dativ.	οιν	λόγοιν	εὐαγγελίοιν.
		Plur.	
Nom.	οι	λόγοι	εὐαγγέλια.
Gen.	ων	λόγων	εὐαγγελίων.
Dat.	οις	λόγοις	εὐαγγελίοις,

Ac.	οὺς	λόγους	εὐαγγέλια.
Voc.	οἱ	λόγοι	εὐαγγέλια.

Exempla Tonodeictica.

In Finitis in ος.

S.	*N.* Ἄγγελος	σταθμὸς *stabulum*
Perf. *ἔγνωκα* ex *γνόω.*

Sunt autem plerumque Verba in *έω*, *άω*, *όω*, *ύω*, ex quibus formantur, *ut*:

ἀρέσκω placeo, ἀρέσω.

εὑρίσκω invenio εὑρήσω, εὕρηκα, εὕρημαι. ex *ἀρέω*, *εὑρέω.* Facilè autem discernes, unde Verbum in *σκω* sua petat Tempora. Nam si in Præsenti habet *ε* vel *ι*, sumet à Verbo quopiam in *έω*, Exc. *ἁλίσκω capio*, ab *ἁλόω.* Si *α* sumet à Verbis in *άω*, nisi fiat à Præsenti alicujus Barytoni. Si *ω* sumet à Verbis in *όω*. Si *η* sumet à Verbis in *έω* vel *άω*. Si habet *υ*, à Verbis in *ύω* vel simili. Gretserus in Gramm.

6. Verba in *άω*. VI.. Verba in *άω* Desiderativa, quæ usque ad Imperfectum flectuntur, *ut*: *μαθητιάω cupio discere, ϛρατηγιάω cupio ducere exercitum, φυσιάω sufflo.* Hæc forma in *άω* quandoque Frequentativorum significationem habet, *ut*: *πνευϛιάω*, quod Aristot. lib. 1. Rhetor. interpretatur *πυκνὸν ἀναπνεῖν, crebro respirare.*

7. Verba in *άζω*. VII. Verba in *άζω*, Frequentativa, *ut*:

τροχάζω cursito, ex *τρέχω.*

κυπτάζω immoror, ex *κύπτω.*

VIII. Ver-

VIII. Verba in αθω, εθω, υθω. Ista formant Barytona, quorum Penultima est longa, *ut*: διωκάθω, *persequor* ex διώκω. εἰργάθω *prohibeo*, εἴργω. ἀμυνάθω, *auxilior*, ἀμύνω. Illa, quorum brevis, *ut*; νεμέθω, *pasco*, νέμω. φλεγέθω *uro*, φλέγω. σχέθω *habeo*, *attollo*, χέω. ἠερέθω, & ἠγερέθω fiunt ex ἀείρω & ἀγείρω *colligo*; ubi ει abjicit ι, & α in η mutatur. *Hæc* fluunt à Verbis, quæ desinunt in ω purum, *ut*: φθινύθω ex φθέω, *corrumpo*. 8. Verba in άθω.

IX. Verba in αίνω Tempora deducunt à Verbis ω purum habentibus, *ut*: βαίνω, *vado*, Fut. βήσω. Perf. βέβηκα. Aor. 2. ἔβην, à βάω. 9. Verba in αίνω.

X. Verba, quæ habent literam addititiam, ubi ε Penultimæ in ι mutatur, Tempora verò reliqua formantur à Primitivis, *ut*: τίκτω Fut. 1. τέξω. Fut. 2. τεκῶ. Aor. 2 ἔτεκον Præt. Med. τέτοκα, Aor. 1. Pass. ἐτέχθην ex τέκω *pario*. Sic πίπτω *cado*, ex πέτω. μίμνω *maneo*, ex μένω, ἱκνῶ vel ἱκνεῦμαι *venio*. Fut. ἵξομαι. Aor. 1. ἱξάμην. Perf. ἶγμαι. Indef. 1. ἱκόμην, ex ἵκω. 10. Verba quæ habent literam peregrinam.

XI. Verba in ξω aut ψω. Formantur verò è Circumflexis. Atticorum enim (ut Clar. Schmidius in Tract. de Dialect. p. 82. ait.) est è Circumflexis facere Barytona, à quibus tamen Circumflexis obsoletis Barytona sua Tempora mutuantur, *ut*: 11. Verba in ξω. aut ψω.

ἄυξω, ἀυξήσω, ηὔξηκα, (significat ἀυτοπαθῶς, *cresco*. & ἀλλοπαθῶς *crescere facio*, *incrementum do*.)	ex	ἀυξέω.
ἕψω, ἑψήσω,		ἑψέω *coquo*.
θέλω, θελήσω Aor. 1. ἐθέλησα,		θελέω, *volo*.
ὀφείλω, ὀφειλήσω. Perfect. ὠφείληκα.		ὀφειλέω. *debeo*.

 μέ-

μέλω, μελήσω. Perf. μεμέλημα.	ex	μελέω, curo.
βέλομαι, βελήσομαι, βεβέλημαι,		βελέομαι, volo.
οἴχομαι, οἰχήσομαι, ᾤχημαι ᾠχόμην, proficiſcor.		οἰχέομαι.
ἄχθομαι moleſte f. ἀχθήσομαι.		ἀχθέομαι.
οἴομαι. οἰήσομαι, ᾤημαι, opinor.		οἰέομαι.
ἀλέξω arceo, ἀλεξήσω.		ἀλεξέομαι
μάχομαι pugno, μαχήσομαι, μεμάχημαι.		μαχέομαι.

12. Verba in λδω, νδω. XII. Verba in λδω, νδω, *ut:* μέλδω, *elixo.* σπένδω, *libo.* κυλίνδω, κυλινδήσω, à κυλινδῶ, vel κυλίσω, à κυλίω, *volvo.*

13. Verba Liquidata cum muta. XIII. Verba, quæ ante ω Mutam cum Liquida habent, *ut:* δάκνω, *mordeo*, ex δήκω, &c.

14. Verba aucta. XIV. Verba, quorum prima Syllaba repetitur, *ut:* παμφαίνω *totus ſplendeo*, à φαίνω. μερμαίρω *anxie cogito*, à μαίρω. καρκαίρω *reſono*, à καίρω. Legitur tamen μερμήριξε *cogitavit*, ex μερμηρίζω. à μερίζω, *divido.*

15. Verba in υω. XV. Verba in υω Polyſyllaba, unde ſunt Verba in μι, & quidem in γνύω vel γνυμι formantur à Verbis in γω, unde & reliqua deducuntur Tempora, *ut:* πήγνυμι, *figo* & πηγνύω. Fut. πήξω. Perf. Med. πέπηγα. Aor. 2. ἐπάγην, ex πήγω, *compingo.*

Reliqua in υμι formantur à Verbis in γω, κω, ρω, & à Verbis in εω, αω, υω, *ut:* ἄγνυμι *frango*, ἄξω, ex ἄγω, ζώννυμι *cingo*. ζώσω, ex ζώω. ἀμφιέννυμι *veſtio*, ex ἀμφιέω. κλῦμι *audio*, ex κλύω. ὄλλυμι *perdo*, ex ὀλέω.

16. Verba in χθω &c. XVI. Anomala ſunt Verba in χθω & pleraque

que à Præteritis formata, *ut:* ἄχθομαι *gravor.* πεφρίκω, ex πέφρικα, à φρίττω, *horreo.* πεποιθέω, *confido*, ex πέποιθα, quod à πείθω.

Nota: Non est usui cuncta committas, *in his* Verbis: poteris enim memoriæ regulis præpositis succurrere. Sic εὗρον, ab εὑρίσκω, ex εὑρέω. Unde Fut. 2. εὑρῶ, p. 173. n. V. ita Aor. 2. εὗρον. Sic ἔμαθον, ex μαθέω, *disco.*

CATALOGUS ANOMALORUM.

1. ἄγαμαι, *miror*, ab ἄγημι *inusitato*, ἠγάμην, ἀγάσομαι, ἠγασάμην, ἠγάσθην.

2. ἄγνυμι, *frango.* ἄξω, ἦξα & ἔαξα. P. M. ἦγα, ἔαγα, ἐάγην, κατεάγην, κατέαξα *planè confregi*; ε ante α in & extra Indicativum præponit; Sic κατεάξει. Matth. 12. v. 20. in Indic. κατεαγῶσι. Joh. 19. v. 31. Deducit Tempora ab ἄγω.

3. ἄγω, *duco.* Perf. ἦχα Att. ἀγήοχα Vide superius. Aor. 2. ἤγαγον, ex ἦγον per Epenthesin. Hinc ἄγαγε, ἀγαγεῖν Imperf. ἄξε ἄξητε Præsentis est Temporis. Clenardus. Passiv. ἦγμαι, ἤχθην, ἀχθήσομαι.

4. ἅδω vel ἁνδάνω, *placeo.* P. M. ἧδα. ἕαδα. Futur. ἁδήσω. Part. ἑαδώς. Aorist. 2. ἅδον. Infin. ἁδεῖν.

5. αἱρέω, *capio.* Fut. 1. αἱρήσω. Indef. 2. εἷλον, ab ἕλω. Aor. 1. ἡρέθην. Aor. 2. εἱλόμην.

6. αἰσθάνομαι, *sentio.* Fut. 1. αἰσθήσομαι, ᾔσθημαι, ᾐσθόμην, ab αἰσθέομαι Sect. 7. Reg. 1.

7. ἀλέξω,

7. ἀλέξω, *juvo*. Fut. ἀλεξήσω, vide superiùs n. XI.

8. ἁλίσκω & ἅλωμι *capio*. Futur. ἁλώσομαι. Præt. ἥλωκα & ἑάλωκα. Indef. 2. ἥλων & ἑάλων, ως, ab ἀλόω, &c. Imper. ἅλωθι. Opt. ἁλοίην. Conj. ἅλω. Infin. ἁλῶναι. Part. ἁλὲς, ab ἅλωμι. Consule Sect. 7. Reg. 5.

9. ἅλλομαι, *salio*. Imperf. ἡλλόμην, ου, ετο, & ἧλτο. Part. ἀλλόμενος, & ἅλμενος.

10. ἀλύσκω, *fugio*. Fut. ἀλύξω, ab ἀλύττω. Sect. 7. n. V.

11. ἁμαρτάνω, *pecco*. Fut. ἁμαρτήσω. Pr. ἡμάρτηκα. Ind. 1. ἡμάρτησα. Ind. 2. ἥμαρτον, ab ἁμαρτέω *obsoleto*. Sect. 7. n. I.

12. ἀμφιέννυμι, *induo*. Fut. ἀμφιέσω. Ind. 1. ἠμφίεσα. P. P. ἠμφίεσμαι & ἀμφίειμαι. προσαμφιῶ, ab ἀμφιέω. n. XV.

13. ἀναίνομαι, *nego*. P. ἀνήνημαι & ἠνήνημαι. n. XI. *Aor*. 1. ἠνηνάμην ex ἀναινέω.

14. ἀναλίσκω, *expendo*. Futur. ἀναλώσω. Pr. ἥλωκα (ἑάλωκα) Pass. ἑάλωμαι. Indef. 2. ἥλων. &c. supra in ἁλίσκω.

15. ἀνοίγω, *aperio*. Futur. ἀνοίξω. P. M. ἀνέῳγα. P. P. ἀνέῳγμαι. Ind. 1. ἠνοίχθην & ἀνεῴχθην. Ind. 2. ἠνοίγην. Futur. ἀνοιγήσομαι.

16. ἀνώ-

16. ἀνώγω, *jubeo*. Futur. ἀνωγήσω. P. M. ἤνωγα. Imp. ἀνώγηθι, per Syncopen ἄνωχθι, *jube*, ab ἀνωγέω. n. XI.

17. ἀπαυράω, *privo*. Ind. 1. ἀπῆυρα, & ἀπαῦρα.

18. ἀπεχθάνομαι, *odi*. Futur. ἀπεχθήσομαι. P. ἀπήχθημαι. Ind. 2. Med. ἀπηχθόμην, ab ἀπεχθέομαι inusitato. n. I.

19. ἀπολλύω, ἀπόλλυμι, *perdo*. Futur. ἀπολῶ & ἀπολέσω. P. ἀπώλεκα Att. ἀπολώλεκα. P. M. ἀπῶλα Atticè ἀπόλωλα. Ind. 2. ἀπωλόμην, ab ἀπολέω. n. XV.

20. ἀπόχρη, *sufficit*. Imperf. ἀπέχρη. Fut. ἀποχρήσει. Aor. 1. ἀπέχρησε.

21. ἀρέσκω, *placeo*. Fut. ἀρέσω. Ind. 1. ἤρεσα. ab ἀρέω. n. V.

21. αὐξάνω vel αὔξω, *augeo*. Futur. αὐξήσω. Indef. 1. ηὔξησα. P. P. ηὔξημαι, ab αὐξέω. n. XI. & I.

23. ἄχθομαι, *doleo*. Fut. ἀχθήσομαι. Ind. ἠχθέσθην, ab ἀχθέομαι. n. XI.

B.

1. Βαίνω, *vado*. Futur. βήσομαι. Aorist. 1. ἔβην. Perf. βέβηκα. Imper. κατάβηθι, & κατάβαθι, nec non κατάβα, Atticè per Syncopen, *ut*: ἀνάστα pro ἀνάστηθι. *Vid. p.* 227. Part. Præsens ἀναβάς.

2. βάλ-

2. βάλλω, *jacio*. Fut. βλήσω & βαλῶ. Aor. 2. ἔβαλον. Perf. βέβληκα, à βλέω, unde Regulariter formantur Tempora reliqua.

3. βιβρώσκω vel βρώσκω, *edo*. Fut. βρώσω. n. V. à βρῶμι ab inusitato βρόω.

4. βιόω, vel βιώσκω, *vivo*. Indef. 2. ἐβίων. Imper. βίωθι. Opt. βιοίην Att. βιῴην: Infinit. βιῶναι. Part. βιὺς, ex βίωμι.

5. βλαςάνω, *germino*. Fut. βλαςήσω. Indef. 2. ἔβλαςον. Part. βλαςὼν. n. I.

6. βούλομαι, *volo*, βούλει. εται. Fut. βουλήσομαι. P. βεβούλημαι. Ind. 1. ἐβουλήθην. P. M. βέβουλα, à βουλέομαι. n. XI.

βούλει Atticè pro βούλῃ, de quo supra. p. 191. de Præs. Passivo. Numerant & ejusmodi Verba Grammatici quatuor. οἴει, *putas*, ab οἴομαι. ὄψει, *videbis*, ab ὄπτομαι. ἔει, contractè εἶ, ab ἔομαι pro quo εἰμὶ *sum*.

Γ.

1. Γαμέω, *conjugium ineo*. Fut. γαμήσω Ind. 1. ἐγάμησα & ἔγημα. P. γεγάμηκα. Præt. P. γεγάμημαι, Aor. 1. P. ἐγαμήθην. Inf. γαμῆσαι & γῆμαι Part. γήμας. Aor. 1. M. ἐγημάμην. Infin. γήμασθαι & γαμήσασθαι.

2. γίνομαι & γίγνομαι, *sum*, *fio*, *nascor*. Fut. γενήσομαι & γενοῦμαι. Ind. 1. ἐγεινάμην & ἐγενησάμην. Ind. 2. ἐγενόμην. PP. γεγένημαι. P. M. γέγονα. Ind. 1. P. ἐγενήθην. Inf. γενέσθαι,

ϊθαι, ex γενέω inusitat. n. IX. X. Nonnulla Tempora formant à γείνω.

3. γηράσκω *senesco*. Fut. γηράσω. Inf. γηράναι. Part. γηράς. n. V.

4. γινώσκω, *cognosco*. Fut. γνώσομαι. P. ἔγνωκα. Ind. 2. ἔγνων, ἔγνως, ἔγνω, ἔγνωσαν. Compos. ἀνέγνων *legi*, κατέγνων *damnavi* (Juliani Apostatæ vox cum judicium de Apollinarii libello ab eodem exigeretur, vid. Gerhard. Confess. Cathol.) Imper. γνῶθι. Opt. γνοίην. Conj. γνῶ. ἐπιγνῷς. Luc. 1. v. 4. Infinit. γνῶναι. Part. γνούς. P. P. ἔγνωσμαι. Ind. 1. ἐγνώσθην. n. V.

Δ.

1. Δαίω, *divido*. Fut. δαίσω, & à δαέω δαήσω. Perf. δεδάηκα. M. δέδαα. Pass. δεδάημαι & δέδασμαι, à δάζω, unde & δάσω, ἔδασα, δέδακα. Ind. 2. ἔδαον Pass. ἐδάην. Infin.

2. δάκνω, *mordeo*. Fut. δήξω. Ind. 1. ἔδηξα. P. δέδηχα. P. P. δέδηγμαι. Ind. 1. ἐδήχθην. Indef. 2. ἔδακον. n. XIII.

3. δαρθάνω, *dormio*. Fut. δαρθήσομαι. P. δεδάρθηκα. Ind. 2. ἔδαρθον per Metathesin ἔδραθον. Aor. 1. Pass. ἐδάρθην, ex δαρθέω. n. I.

4. δεδίττομαι, *terreor*. Futur. δεδίξομαι. Ind. 2. ἐδεδίγην. Imper. δεδίγηθι, δέδιθι & δείδιθι.

5. δεῖ *oportet*. Futur. δεήσει. Ind. 1. ἐδέησε. Infin. δεῖν. Aor. 1. δεῆσαι. Futur. δεήσειν. Part. δέον. Imperf. ἔδει. Conj. δέῃ & per Crasin. δῇ, *oporteat*.

6. δείδω

6. δείδω, *timeo*. Futur. δείσω. P. δέδεικα. M. δέδοικα pro δέδοιδα, euphoniæ gratiâ, item δέδοια Poët. δείδια & δέδια. Ionicè tollendo Consonantem & Penultimam corripiendo. Imper. δέδιε, δέδιθι, & Poëticè δείδιθι, non à δεδίττομαι, quod aliud significat. Poëticè in Aor. 1. ἔδδεισα pro ἔδεισα.

7. δέομαι, *precor*. Fut. δεήσομαι. P. δεδέημαι. Ind. 1. ἐδεήθην, à δεέομαι. n. XI.

8. διδάσκω, *doceo*. Futur. διδάξω, & διδασκήσω. Indef. 1. ἐδίδαξα. Perf. δεδίδαχα. n. V.

9. διδράσκω, *fugio*. Futur. διδράσω & δράσω. Indef. 1. ἔδρασα & ἔδρα. Indef. 1. ἔδρην & ἔδραν. Opt. δραίην. Inf. δράναι. Part. δρὰς, ἀποδρὰς, ἀποδράντος, à δρῆμι.

10. δοκέω, *appareo*. Fut. δοκήσω. P. δεδόκηκα. Præt. P. δεδόκημαι, à δόκω fit δόξω, ἔδοξα, δέδοκα δέδογμαι, hinc δόγμα. Infin. δεδόχθαι. Impersonale δοκεῖ, videtur.

E.

1. Ἔδω, *edo*. P. ἦκα. Atticè ἔδηκα & ἐδήδοκα. P. P. ἐδήδεσμαι. P. M ἔδηδα. Futur. 2. M. ἔδομαι pro ἐδοῦμαι. Inf. ἔδειν. Part. ἐδηδώς. Adv. Pos. ἐδεστέον.

2. ἔθω, *consuesco*. P. M. εἴωθα. pro εἶθα. Part. εἰωθὼς Plusq. εἰώθειν.

3. εἴδω, *scio*, vel *video*. Futur. εἴσω & εἰδήσω. M. εἴσομαι & ἴσομαι. Ind. 1. εἰσάμην. Atticè ἐεισά-

ἐειστάμην. Part. ἐειστάμενος. P. εἴδηκα. Infin. εἰδηκέναι. Part. εἰδηκὼς. P.M. οἶδα· Infin. εἰδέναι. Part. εἰδώς. Plusq. εἴδειν. Atticè ᾔδειν. Plur. εἴδημεν καὶ ᾖσμεν ᾖςε ᾖσαν. Optat. εἰδείην. Conj. εἰδῶ. Adv. Pos. ἰςέον. Indefin. 2. εἶδον. & ἴδον. Imperat. ἴδε. Optat. ἴδοιμι. Conj. ἰδῶ. Infin. ἰδεῖν. Particip. ἰδών.

4. εἴκω, *similis sum.* P.M. οἶκα & ἔοικα. Plusq. ἐοίκειν & ἐώκειν. Indef. 2. εἶκον in Duali εἴκετον, εἰκέτην & εἴκτην, ἐΐκτην. Part. εἰκὼς ὗια ός.

5. ἐλαύνω, *impello*, ab ἐλάω. Fut. ἐλάσω. Ind. 1. ἤλασα, in 3. Plur. ἤλασαν, & ἔλασαν & ἔλσαν, hinc Inf. ἔλσαι. Part. ἔλσας. P. ἤλακα & ἐλήλακα. Part. ἐλελακώς. P. P. ἤλαμαι & ἐλήλαμαι & ἤλασμαι. Ind. 1. ἠλάθην & ἠλάσθην.

6. ἔλπω, *spero.* P.M. ἦλπα & ἔολπα.

7. ἔπω, *dico.* inus. Indefin. 1. εἶπα. Imper. εἶπον, άτω. Part. εἴπας. Ind. 2. εἶπον. ἔειπον Poëticè. Imper. εἰπέ. Opt. εἴποιμι. Conj. εἴπω. Infin. εἰπεῖν. Part. εἰπών.

8. ἔρομαι vel εἴρομαι, *interrogo.* Futur. ἐρήσομαι. Ind. 2. M. ἠρόμην & εἰρόμην. Infin. ἐρέσθαι ab ἐρέομαι. n. XI.

9. ἐρυγγάνω, *eructo.* Futurum ἐρεύξομαι. Ind. 1. ἠρευξάμην. Ind. 2. ἤρυγον ab ἐρεύγω. n. 1.

10. ἔρχομαι, *venio.* Futur. ἐλεύσομαι. Ind. 2. ἤλυθον & ἦλθον. Imper. ἐλθέ. Opt. ἔλθοιμι. In-

Infin. ἐλθεῖν. Part. ἐλθὼν, προσελθὼν. εἰσελθὼν, P. M. Atticè ἐλήλυθα. Hom. ἐλήλουθα. Plusq. ἐληλύθειν, ab ἐλεύθω.

11. εὑρίσκω. *invenio*, Fut. εὑρήσω Indef. 1. εὑρησάμην & εὑράμην. Imper. εὗραι, άσθω, Part. εὑράμενος. Præt. εὕρηκα. Indef. 1. εὑρέθην. Fut. εὑρεθήσομαι. Indef. 2. εὗρον. Indef. 2. Imper. εὑμὲ ab εὑρέω n. V. pag. 264.

12. ἔχω, *habeo*. Imperf. εἶχον. Fut. ἕξω, & σχήσω. P. ἔσχηκα P. P ἔσχημαι. & ἔσχεμαι. Ind. 1. ἐσχέθην. Fut. σχηθήσομαι Ind. 2. ἔσχον. Imp. σχές. Optat. σχοίην. Inf. σχεῖν. Part. σχών. Ind. 2. M. ἐσχόμην. Imper. σχοῦ, σχέσθω. Opt. σχοίμην. Infinit. σχέσθαι. Part. σχόμενος, à σχῆμι.

Nota: Verba, quæ Longam Vocalem habent in Perfecto & Aor. 1. Passivæ Vocis, derivantur à Circumflexorum Præterito: quæ brevem, à Verbis in μι.

Z.

Ζωννύω, υμι, *cingo*. Futur. ζώσω. P. ἔζωκα. P. P. ἔζωσμαι. Indef. 1. ἐζώσθην, ex ζόω. n. XV.

H.

ἡβάσκω, ἡβάω & ἡβαίω, *juvenesco*. Futur. ἡβήσω. P. ἥβηκα. Indefin. 1. ἥβησα n. V.

Θ.

1. Θέλω, ἐθέλω, *volo*. Fut. θελήσω. Ind. 1. ἐθέλησα & ἠθέλησα à θελέω. n. XI.

2. θη-

2. θηγάνω, à θήγω, *acuo*. Futur. θήξω. P. τέθηχα. n. I.

3. θιγγάνω, *attrecto*. Futur. θίξω. P. τέθιχα à θίγω, *tango*. n. I.

4. θνήσκω, *morior*. F. M. θανοῦμαι. P. τέθνηκα. Ion. τέθνακα. Bœot. τέθνεικα. Inf. τεθνάναι. Ind. 2. ἔθανον. Imp. τέθναθι. Opt. τεθναίην. P. τεθνὰς. Futur. θνήξομαι. Futur. 3. τεθνήξομαι. Part. τεθνεικὼς, ειὼς, εὼς, & τεθνὼς, à θανέω. n. V.

5. θοάω, *acuo*. Futur. θοώσω. Ind. 1. ἐθόωσα. Infin. θοῶσαι, quasi à θοόω.

I.

1. ἱδρύνω, ab ἱδρύω, *constituto*. Futur. ύσω. Præt. υκα. Indef. 1. P. ἱδρύθην & ἱδρύνθην.

2. ἱζάνω, ab ἱζέω, *sedeo*. Futur. ἱζήσω. Ind. 1. ἵζησα. n. I.

3. ἱκνέομαι, οῦμαι, *venio*. Fut. ἵξομαι, (unde Verbum Præsens ἵξω. Imperf. ἷξον) Ind. 1. ἱξάμην. Indef. 2. ἱκόμην. Perf. ἷγμαι, ἀφῖγμαι. n. X.

4. ἱλάσκομαι, *placo*. Futur. ἱλάσομαι & ἱλάξομαι. Ind. 1. ἱλασάμην. Pass. ἱλάσθην. Imper. ἱλάσθητι. Part. ἱλασάμενος. Imper. ἵλαθι & ἵληθι.

5. ἵπτημι, πτῆμι, *volo*. Futur. πτήσω, P. πέ-

P. πέπτηκα. Paff. πέπταμαι. Indef. 2. ἔπτην. Ind. 1. M. ἐπτάμην & ἐπτέμην. Infinit. πτάσθαι & πτέσθαι. Part. πτάμενος.

K.

1. Καθέζομαι, *ſedeo*. (κάθημαι vide ἧμαι.) Fut. 2. M. καθεδῦμαι. Ind. 1. Paff. ἐκαθέσθην.

2. καίω vel κάω, *uro*. Fut. καύσω. Fut. Paff. 2. καήσομαι. M. καύσομαι, Part. καυσόμενος. Ind. 1. ἔκαυσα & ἔκηα. Ind. 2. ἔκαον. Paff. ἐκάην. P. κέκαυκα. P.P. κέκαυμαι. Ind. 1. ἐκαύθην. Fut. 1. καυθήσομαι. Fit hoc more Æolico. Hi enim pro α utuntur αυ, annexa Subjunctiva, *ut*: ναυὸς pro ναός.

3. κεραννύω, κεράννυμι, κιρνάω & κέρνημι, *miſceo*. Fut. κεράσω & κράσω. Ind. 1. ἐκέρασα. Inf. Ionicè κρῆσαι pro κράσαι, vel κερᾶσαι. Pr. κέκρακα. Paff. κέκραμαι. Indef. 1. ἐκράθην. Fut. κραθήσομαι. Imperf. ἐκιρνην à κεράω. & κράω.

4. κερδαίνω, *lucrifacio*. Futurum κερδανῶ. Inf. κερδαναι. P. κεκέρδακα. At à κερδήσω, κεκέρδηκα.

5. κλάζω, à κλαγγω *clango*. Fut. κλάγξω & Redup. κεκλάγξω. Ind. 1. ἔκλαγξα. P. κέκλαγχα. Indef. 2. ἔκλαγον. P. M. κέκληγα. Part. κεκληγώς. Hom. κεκληγόντες à κλήγω.

6. κλαίω vel κλάω, *fleo*. Futur. κλαύσω. P. κέκλαυκα. Paff. κέκλαυμαι, hinc κλαυθμός. Conſule ipſum καίω. A κλαιέω fit Fut. κλαιήσω.

7. κορευ-

7. κορεννύω, κορέννυμι, *saturo*. Futur. κορέσω. Ind. 1. ἐκόρεσα. Part. Ind. 1. M. κορεσάμενος & κεκορεσσάμενος apud Hesiodum, à κορέω. n. XV.

8. κρέμαμαι & κρεμάζω, *pendeo*. Fut. κρεμάσω à κρεμάω.

9. κρέμνημι & κρήμνημι, *suspendo*. Imper. κρέμναθι, à κρημνίζω, ίσω, ικα.

10. κυΐσκω, *fero partum* à κυέω. Futur. κυήσω. n. V.

11. κυλίνδω à κυλίω, *volvo*. Futur. κυλίσω & κυλινδήσω, à κυλινδέω.

Λ.

1. λαγχάνω *sortior* à λήγω. Futur. λήξω & λήξομαι. P. λέληχα. Atticè εἴληχα. P. εἴληγμαι. Ind. 2. ἔλαγον. Infin. λαγεῖν. P. M. λέλογχα, quasi à λέγχω, n. I.

2. λαμβάνω, *accipio*. Fut. λήψομαι. P. λέληφα. Atticè εἴληφα. Pass. λέλημμαι & εἴλημμαι. Indef. 2. ἔλαβον. n. I.

3. λανθάνω, *lateo*. Fut. λήσομαι. P. P. λέλησμαι. Indef. 2. ἔλαθον. P. M. λέληθα. Ind. 2. ἐλαθόμην ex λήθω. n. I.

M.

1. Μανθάνω, *disco*. Futurum μαθήσομαι, Ind.

Indef. 1. ἐμαθησάμην. P. μεμάθηκα. Ind. 2. ἔμαθον ex μαθέω. n. I.

2. μάχομαι, *pugno*. Futur. μαχῦμαι, μαχήσομαι, & μαχέσομαι. Ind. 1. ἐμαχεσάμην. P. μεμάχημαι, & μεμάχεσμαι. Part. μαχεσάμενος & μαχεσσάμενος, à μαχέομαι. n. XI.

3. μέλει, *curæ est*. Imperf. ἔμελε. Futur. μελήσει. P. μεμέληκε & μέμηλε.

4. μέλω, μέλομαι, *curo*. Futur. μελήσω. P. μεμέληκα. Ind. 1. Paſſ. ἐμελήθην. Part. μεληθεὶς. Ind. 2. ἔμελον. P. M. μέμηλα. Part. μεμηλὼς, ex μελέω n. XI.

μέλλω format Futur. μελλήσω, *futurus ſum*, tanquàm à μελλέω, Matth. 24. 6. μελλήσετε δὲ ἀκȣ́ειν.

5. μιγνύω, μίγνυμι, *miſceo*. Futur. μίξω. P. A. μέμιχα. P. P. μέμιγμαι, ξαι, κται. Aor. 2. P. ἐμίγην, ex μίγω. n. XV.

6. μιμνήσκω, μέμνημαι, *recordor*, *memini*, Fut. μνήσω. Ind. 1. Paſſ. ἐμνήσθην. Fut. μνησθήσομαι, à μνάω. n. V.

7. μίμνω, *maneo*, à μένω. n. X.

8. μόργνυμι, *abſtergo*, μοργνύω. Futur. μόρξω. à μόργω. n. XV.

N.

Νέω, *neo*. Futur. νεύσω, à νεύω. Att. eſt teſte Polluce lib. VII.

O.

1. Ὀδάξω, *mordicor*. Imperf. ὤδαξον. Futur. ὀδαξήσω. n. XI. Infin. ὀδάξεσθαι.

2. ὄζω, *oleo*. Futur. ὄσω Regular. & ὀζήσω, ex ὀζέω. Ind. 1. ὤζεσα. P. M. ὦδα. Atticè ὄδωδα. n. XI.

3. οἰδαίνω, οἰδίσκω, ab οἰδέω, *tumeo*. Futur. οἰδήσω, *&c.*

4. οἴομαι, & οἶμαι, οἴει, οἴεται, *puto*. Imperf. ᾠόμην & ᾤμην, ᾤου, ᾤετο. Fut. οἰήσομαι. P. ᾦμαι. Ind. ᾠήθην, ab οἰέομαι n. XI.

5. οἴχομαι, *abeo*. Futur. οἰχήσομαι. Ind. 2. ᾠχόμην. P. ᾤχημαι, ab οἰχέομαι. n. XI.

6. ὀλισθαίνω, *cado*, ab ὀλισθέω. Futur. ὀλισθήσω. P. ὠλίσθηκα, & *ab* ὀλισθανέω, ήσω, ὠλισθάνηκα Ind. 2. ὤλισθον Vide n. IX.

7. ὀλλύω, *perdo*. Inf. ὀλλύναι. P. P. ὤλλυμαι. Futur. ὀλέσω. P. ὤλεκα Atticè ὀλώλεκα P. M. ὦλα. Atticè ὄλωλα. ἀπολέσαι. Aor. 1. Infin.

8. ὀμνύω & ὄμνυμι, *juro*. Futur. ὀμόσω & ὀμοῦμαι. P. ὤμοκα & ὀμώμοκα, ab ὀμόω n. XV.

9. ὀμόργνυμι, *abstergo*. Futur. ὀμόρξω ab ὀμόργω n. XV.

10. ὄρω *elevo*. Futur. ὀρῶ. Æol. ὄρσω Indef. 1. ὦρσα. P. M. ὦρα. Atticè ὄρωρα.

11. ὀφείλω, ὄφλω, ὀφλάνω, & ὀφλι-

ὀφλισκάνω, *debeo.* ὀφειλήσω & ὀφλήσω. P. ὠφείληκα & ὤφληκα. Ind. 2. ὤφειλον, ὤφελον, ὤφαλον & ὦφλον. Particip. ὀφλὼν. Nota: Indef. 2. usurpari quoque pro Adverbio Optandi, *ut:* ὤφελον vel ὄφελον, *utinam ego*, ὤφελες, *utinam tu*, ὤφελε, *utinam ille.*

Π.

1. πάσχω, *patior.* Fut. M. πείσομαι pro πήσομαι. Ind. 2. ἔπαθον. P. M. πέπονθα. Sic A. πεπάθηκα. Ionicè πεπάθαα. Part. πεπαθαὼς & πεπαθὼς à παθέω.

2. πέσσω & πέττω, *coquo.* Futur. πέψω, &c. à πέττω. P. P. πέπεμμαι.

3. πέταμαι, *volo.* Imperf. ἐπετάμην. Fut. πετήσω à πετάω.

4. πετάννυμι & πεταννύω *extendo.* Futur. πετάσω. P. πέπτακα, & πεπέτακα. P. P. πέπταμαι. Indef. 1. ἐπετάσθην à πετάζω.

5. πήγνυμι, *figo.* Futur. πήξω. P. πέπηχα. Ind. 2. ἐπάγην. P. M. πέπηγα à πήγω.

6. πίνω, *bibo.* sumit Tempora à πόω, πῶμι. Fut. πώσω. P. πέπωκα. Apoc. 18. 3. P. P. πέπωμαι & πέπομαι. sed absque exemplo ut ait Rhen. Ind. 1. ἐπόθην. Conjunct. ποθῶ, ῇς. Composita κατεπόθην, καταποθῇ, 1 Cor. 15. 54. Ebr. 11. 29. 2 Cor. 2. 7. cap. 5. 4. Part. ποθείς. Ind. 2. ἔπιον. Imper. πῖθι Metaplasmo, pro πίε & πῶθι. *bibe.* Fut. 2. M. πιοῦμαι. Infin. πιεῖσθαι.

7. πι-

7. πιπίσκω, *potum præbeo*. Futur. πίσω. Ind. 1. ἔπισα. Part. πίσας à πίω. Hippocrati usitatissimum Verbum. Vid. & Eustath. ad. Il. X. pag. 1253.

8. πίπλημι & πίμπλημι, *impleo*. Imperf. ἐπέπλην, *ut*: βίβημι *eo*. Imper. πίμπλη pro πίμπλαθι. Reliqua à πλήθω.

9. πιπράσκω, *vendo*. Futur. πράσω à πράω. n. V. Hinc Aor. 1. Partic. Pass. πραθεὶς ab Infin. πραθῆναι. Matth. 26. 9.

10. πίπρημι & πίμπρημι, *uro*. Imperf. ἐπέπρην, *ut*: βίβημι, cætera à πρήθω.

11. πίπτω, *cado* à πέτω. πολλὰ μεταξὺ πέτει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρυ. *Multa cadunt inter calicem supremaque labra*. Futur. 1. πέσω. Aor. 1. ἔπεσα. Aor. 1. Conjunct. πέσω, ῃς. Dicitur & ἐπέσησα à πεσέω. unde pro πεσέομαι, πεσῦνται Apocal. 4. 10. Futur. M. itidem πεσῦμαι. Ind. 1. ἔπεσα. P. πέπτωκα, tanquam à πτόω. P. πεπτωκὼς & πεπτὼς Atticum Contractum ex πεπτοὼς. Epenthes. πεπτεὼς. Indefin. 2. ἔπεσον.

12. πλέω, *navigo*. Futur. πλεύσω.

13. πνέω, πνείω, *spiro*. Futur. πνεύσω.

14. πτάω, *volo*. Futur. πτήσω. Ind. 2. ἔπτην. M. ἐπτάμην.

15. πυνθάνομαι, *interrogo*. Futur. πεύσομαι. Ind. 2. ἐπυθόμην. P. P. πέπυσμαι. Futurum 2. πυθῦμαι, à πεύθομαι.

P.

1. ῥέω, *fluo*. Fut. ῥεύσω. Indef. 1. ἔῤῥευσα. Part. ῥεύσας, P. ἔῤῥευκα. P. P. ἔῤῥευμαι, à ῥυέω fit ῥυήσω. M. ῥυήσομαι. P. ἐῤῥύηκα, à ῥύημι est ἐῤῥύην. Part. ῥυείς.

2. ῥέω, *dico*. Præt. εἴρηκα. P. P. εἴρημαι. Futur. 3. εἰρήσομαι. Indef. 1. ἐῤῥέθην, & ἐῤῥήθην. Imper. ῥήθητι. Opt. ῥηθείην. Conj. ῥηθῶ. Infin. ῥηθῆναι. P. ῥηθείς. Futur. ῥηθήσομαι.

3. ῥήγνυμι, ῥηγνύω, *rumpo*. Futur. ῥήξω. P. M. ἔῤῥωγα, ἔῤῥηγα. Ind. 2. Paſſ. ἐῤῥάγην, à ῥήγω. n. XV.

4. ῥωννύω, ῥώννυμι, *roboro*. Futur. ῥώσω. Ind. 1. ἔῤῥωσα P. ἔῤῥωκα. Paſſ. ἔῤῥωμαι. Imper. ἔῤῥωσο ώσθω. Infin. ἐῤῥῶσθαι. Ind. 1. ἐῤῥώσθην, à ῥώω, n. XV.

Σ.

1. σβέννυμι & σβεννύω, *extinguo*. Fut. σβέσω & σβήσομαι. P. ἔσβεκα. P. P. ἔσβεσμαι, ἐσβέσθην, ἔσβην, à σβέω & σβῆμι.

2. σεύω, *moveo*. Ind. 1. ἔσευα. P. P. σέσυμαι & ἔσσυμαι. Ind. 1. ἐσύθην. Ind. 2. ἔσυον. M. ἐσυόμην, à σείω. P. σέσεικα. P. P. σέσεισμαι.

3. σκέλλω,

3. σκέλλω, *attenuo*. Indef. 1. ἔσκηλα & ἔσκλην, à σκλῆμι. Optat. σκλαίην. Infin. σκλῆναι. Præt. ἔσκληκα à σκλάω.

4. σπένδω, *libo*. Fut. σπείσω. P.P. ἔσπεισμαι. P.M. ἔσπονδα.

5. ϛερίσκω, *privo*, à ϛερέω. Futur. ϛερέσω & ϛερήσω. n.V.

6. ϛορεννύω, ϛορέννυμι, & ϛόρνυμι, *sterno*. Futur. ϛορέσω. Indef. 1. ἐϛόρεσα, à ϛορέω. n.XV.

7. ϛρωννύω, & ϛρώννυμι, *sterno*. Futurum ϛρώσω. Indef. 1. ἔϛρωσα. Præt. ἔϛρωκα, à ϛρόω. n.XV.

T.

1. Τάζω & ταννύω, *tendo*. Futur. τάσω. Ind. 1. ἔτασα. P. τέτακα. P.P. τέταμαι. Ind. 1. ἐτάθην. Ind. 2. ἔταγον & ἐτέταγον. Part. τεταγών.

2. τέμνω, *seco*. Fut. τεμῶ. Ind. 2. ἔτεμον & ἔταμον. P.M. τέτομα, à τμήγω *fit*. Fut. τμήξω. Præt. τέτμηκα. Indef. 2. ἔτμαγον. Paſſ. ἐτμάγην. Futur. τμαγήσομαι.

3. τίκτω, *pario*. Futur. τέξομαι. P.M. τέτοκα. Ind. 2. ἔτεκον. Indef. 1. Paſſ. ἐτέχθην. Vid. n. X. Formantur enim Tempora Regulariter.

4. τιτράω & τίτρημι, *perforo*. Fut. τρήσω. Ind. 1. ἔτρησα. P. τέτρηκα. P.P τέτρημαι ἐτρήθην à τράω, ſed à τιτραίνω eſt Ind. 1. ἐτίτρηνα.

5. τι-

5. τιτρώσκω, *vulnero*. Futur. τρώσω, à τρόω. n. V.

6. τλάω, τλῆμι, τέτλημι, *tolero*. Futur. τλήσω. P. τέτληκα. Ionicè τέτλαα. Imper. τέτλαθι. Opt. τετλαίην. Ind. 2. ἔτλην. Infin. τλῆναι. Part. τλάς.

7. τυγχάνω, *adipiſcor*. Futurum τυχήσω. P. τετύχηκα. Ind. 2. ἔτυχον. Futur. M. τεύξομαι. n. I.

Υ.

1. ὑπισχνέομαι, *promitto*. Futur. ὑποσχήσομαι & ὑποςήσομαι. P. P. ὑπέσχημαι. Ind. 1. ὑπεσχέθην. Ind. 2. M. ὑπεσχόμην. Part. ὑπεσχόμενος ex ὑποσχέομαι. n. X.

Φ.

1. φάσκω, *dico*. Imperf. ἔφασκον. Futur. φήσω. Ind. I. ἔφησα cætera à φημί.

2. φέρω, *fero*. Fut. φρήσω. Ind. 1. ἔφρεσα à φρῆμι. Imper. Indef. 2. φρές, unde εἴσφρες & ἔκφρες. A φορέω eſt φορέσω & φορήσω, ab οἴω, οἴσω. Fut. M. οἴσομαι. Indef. 1. Infin. Paſſ. οἰσθῆναι. Part. οἰσθείς. Futur. οἰσθήσομαι. Adv. Poſ. οἰςέον. ab ἐνέγκω. Ind. 1. ἤνεγκα, προσήνεγκαν. Matth. 2. 11. Infin. ἐνέγκασθαι. Part. ἐνέγκας. Indef. 2. ἤνεγκον. Part. ἐνεγκών. Paſſ. Indef. 1. ἠνέχθην.

3. φθάνω à φθάω, *præuenio*, *anteverto*, *aſſequor*. Futur. φθάσω. Indef. 1. ἔφθασα,

ἔφθασα, ἔφθασε, Luc. 11. 20. P. φθάσας Ind. 2. ἔφθην. Imper. φθῆτι. Opt. φθαίην. Conj. φθῶ. Infin. φθῆναι. Part. φθάς.

4. Φθίνω à φθίω, *corrumpo*. Futur. φθίσω. Indefin. 1. ἔφθισα. Præt. ἔφθικα. Præt. Paſſ. ἔφθιμαι.

5. Φύω, *naſcor*. Fut. M. φύσομαι. P. πέφυκα. Indef. 2. ἔφυν, υς, υ & φῦν, ῦς, ῦ. Infinit. φῦναι. Part. φύς, ύντος. P. M. πέφυα.

X.

1. Χαίρω, *gaudeo*. Fut. 1. χαρῶ, χαιρήσω & χαρήσω. Fut. M. χαρήσομαι. P. κεχάρηκα & κέχαρκα. P. Part. κεχαρκὼς. Indef. 2. M. ἐχαρόμην, & per Redupl. κεχαρόμην. P. P. κέχαρμαι & κεχάρημαι. Ind. Paſſ. ἐχάρην. Infinit. χαρῆναι.

2. χάσκω à χαίνω *dehiſco*. Futur. χανῶ. F. M. χανȣ̃μαι. Indef. 2. ἔχανον. P. κέχανα & κέχηνα.

3. χέω, *fundo*. Fut. χεύσω. Ind. 1. ἔχευσα, ἔχευα & ἔχεα. Imp. χέον, άτω; & Comp. ἔκχεον. Inf. χέαι. Comp. ἐκχέαι. Rom. 3. 15. Part. χέας. Fut. 2. χεῶ. Indef. 2. ἔχεον. P. P. κέχυμαι. Ind. 1. ἐχύθην. Fut. χυθήσομαι.

4. χρὴ, *oportet*. Imperf. ἔχρην & χρῆν. Fut. χρήσει. Infin. χρῆναι.

5. χρωννύω, & χρώννυμι, *coloro*. Futur. χρώσω. P. P. κέχρωμαι à χρόω, & κέχρωσμαι à χρώζω. n. XV.

6. χαν-

6. χαννύω & χώννυμι, *obstruo*. à χόω. Futur. χώσω. Indefin. 1. ἔχωσα. Præt. P. κέχωσμαι.

Ω.

ὤθω, vel ὠθέω, *impello*. Fut. ὤσω, ὠθήσω & ὠθάσω. Ind. 1. ὦσα & ἔωσα. P. P. ὦσμαι & ἔωσμαι. Ind. 1. ὤσθην & ἐώσθην.

SECTIO. VIII.

Hactenus de Vocibus Flexibilibus; sequuntur nunc Inflexibiles.

DISTINCT. I.

De

ADVERBIO.

Adverbium. I. Adverbiorum tot sunt Species & significationes; quot apud Latinos; imò plures, cum Græci Interjectiones Adverbiis annumerent. Facilè verò, qui Latinam callet Linguam, ex significatione, quo quodvis sit referendum, colliget. Nos tantùm sequentia notamus:

1. Adverbia Localia in σι, θι, χȢ & χῆ, significant in Loco, *ut:* Ἀθήνῃσι, *Athenis*. ȣρανόθι, *in cœlo*. πανταχȢ & πανταχῆ, *ubique*.

2. Adverbia Localia in θε & θεν significant motum de Loco, *ut:* ȣρανόθεν. ȣρανόθε, *è cœlo*.

3. Localia in δε, σε, ζε significant ad Locum, *ut:* ȣρανόνδε, ȣρανόσε, *in cœlum*, Ἀθήναζε, *Athenas*.

II. No-

II. Nomina Adjectiva Neutra tam singularia, quam Pluralia adverbiascunt, *ut:* ὀξὺ pro ὀξέως, *Acutè.* πρῶτον, πρῶτα, *primum*, πλεῖστον, *plurimum.*

Sic Dativus ex Grammaticorum sententia frequenter Adverbii naturam induit, *ut:* κοινῇ, *communiter*, ἰδίᾳ, *propriè*, παῤῥησίᾳ, *libere.* δημοσίᾳ, *publice.* πυγμῇ, *sedulo* & *accurate.* Vide de hoc Casaub. in Notis in N. Test. Ita & apud Ebræos Nomina adverbiascunt, *ut:* מישרים *rectissime*, Ps. 75. 3. צדק *juste*, Prov. 31. 9. &c. Articulus, *ut:* τὸ ἀνθρώπινον γένος τῇ μὲν ἀγαθὸν, τῇ δὲ φαῦλον. *Humanum genus partim bonum, partim malum.*

III. Adverbia quædam, ut apud Latinos, sic & Græcos, comparantur, ut:

μάλα, *valdè*, μᾶλλον, *magis*, μάλιστα, *maximè*, πόῤῥω, *longè*, ποῤῥωτέρω, *longius*, ποῤῥωτάτω, *longissimè.*

σοφῶς, *sapienter*, σοφωτέρως, *sapientius*, σοφωτάτως, *sapientissimè.*

IV. Adverbia vestita Articulis significant Adjectivè, *ut:* μέχρι τῆς σήμερον, *usque in hodiernum diem*, Matth. 11. 23. εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, *in interiorem hominem*, Ephes. 3. 16.

DISTINCT. II.

De PRÆPOSITIONE.

Præpositiones sunt vel Monosyllabicæ, & sunt sex: ἐν, εἰς, σὺν, ἐκ, πρὸ, πρός, vel Dissyllabicæ,

bicæ, & sunt duodecim: *ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀμφὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπέρ.*

Faciunt nonnulli Præpositiones etiam Inseparabiles, quas ob usum in resolvendo & Nos ex ipsis transcriptas huc apponemus. Et sunt:

α in Compositione quid notet.

I. α, quod notat vel
- στέρησιν seu *privationem*, *ut*: *ἀβέβαιος*, *inconstans*.
- ἐπίτασιν s. *additionem*, *ut*: *ἄξυλος*, *lignosus*.
- ὁμοίωσιν s. *similitudinem*, *ut*: *ἀδελφὸς*, *frater*.
- χαλεπότητα *difficultatem*, *ut*: *ἄβατος*, i.e. δύσβατος, *invius*.
- κακὸν *malitiam*, *ut*: *ἀφυὴς*, i.e. κακοφυὴς, *male natus*.
- ἀθροισμὸν *coacervationem*, *ut*: *ἅπας*, *omnis in universum*.
- μείωσιν *diminutionem*, *ut*: *ἀμαθὴς*, *indoctus*. *ἄσταχυς*, *spica*. Sic *ἄποδες*, dicuntur *quædam hirundines*, non quòd pedibus planè careant, sed quod habeant pedes brevissimos. Vid. Eustath. ad Il. pag. 1501.

α Ante Vocalem plerumque ν assumit, *ut*: *ὕδωρ*, *ἄνυδρος*, *inaquosus*. *ὅμοιος*, *ἀνόμοιος*, *dissimilis*.

α Neutris in ος Tertiæ Declinationis format Adjectiva communia in ης Oxytona, *ut*: *τὸ βάρος*, *onus*, *ἀβαρὴς*, *non onerosus*, *τὸ κράτος*, *robur*, *ἀκρατὴς*, *impotens*. Refer hoc ad Art. 6. pag. 81: Exceptionem II.

α sæpè

α sæpè πλεονάζει & dicitur Eustathio ἀρκτικὸν λέξεων, ὁ σαχὺς & ἄσαχυς, *spica*. σεροπὴ & ἀσεροπὴ, *fulgur*.

II. ἄρι, ἔρι, βε, δα, ζα, λα, λι, βρι, quæ singulæ in Compositione augent, *ut:* ἀρίδηλος, *valdè manifestus*, ἐρίβρομος, *valdè rugiens*, βελιμία, *magna fames*. βεκέφαλος, *magnum caput habens*. δάσκιος, *umbrosus*. ζάκοτος, *furiosus*. λαφράζω, *temerarius sum*. λιπονηρὸς, *insigniter nequam*, βριήπυος, *late sonans*.

III. Νε & νη quæ privant, *ut:* νέποδες, *parvos pedes habentes*, νεκρὸς, *plane mortuus*.

IV. Δυς, *quæ notat difficultatem*, *ut:* δύσκολος, *difficilis*, δυσώδης, *graveolens*, *putridus*.

DISTINCT. III.

De

CONJUNCTIONE.

Conjunctionum tot sunt Species, quot apud Latinos. Ad quam igitur Speciem unaquæque sit referenda, ex significatione facilè colliges, & ipsarum Conjunctionum copiam usu & lectione Autorum tibi comparabis. Conjunctio.

PARS SECUNDA
De Voce respectivè considerata, *Seu de*
SYNTAXI.



IN Syntaxi ea præferenda putamus, quæ à Latinæ Linguæ Analogiâ vel recedunt, vel à quovis ad Analogiam Latinæ primâ statim fronte revocari nequeunt.

De Syntaxi Nominum.

Ellipsis in Nom. 1. Ad Adjectivum frequens est Substantivi Ellipsis, ut:

Ποτήριον τοῦ ψυχροῦ scil. ὕδατος, *poculum frigidæ* πρὸς τὴν ὀρθὴν, scil. γραμμὴν, *ad rectam lineam. Sic frigidam affundere.* In Ebræo Ps. 38: 8. *Ilia mea plena sunt vili*, scil. *opprobrio*. Vide hic Kimchi.

Enallage in Nom. 2. Enallage frequens est

1. Nominativi pro Vocat. *Atticè*
2. Positivi pro Comparativo
3. Comparativi pro Superlativo
4. Numerorum.

} *& vice versa*

ut: ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι, *DEUS miserere mei*, Luc. 18. v. 13. Sic Ephes. 6. v. 4. plura dabit Vechnerus Hellenolex. lib. I. part. 2. c. 13.

Καλόν σοι Matth. 18. 8. *bonum tibi*, id est, *melius*. Men. καλὸν τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως, *bonum est non vivere, quàm vivere miserè.*

Matth. 13. v. 32. ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάν-

των

τῶν σπερμάτων, *quod minimum quidem est omnium seminum.* Erasm. Similia 1 Cor. 15. v. 19. ἐλεεινότεροι Luth. **de ellendigste**/ Matth. 18. 1. Vechner. lib. 1. part. 1. cap. 5.

1 Corinth. 14. 30. ὁ πρῶτος σιγάτω, *Prior taceat*, πρῶτός μου ἦν, *prior me erat.* Joh. 1. 15. Vide vero de hoc Heinſ. in Ariſtarcho Sacro, qui Ebræo ראש ſeu ראשון quod Oſeæ 1. 11. de Meſſiâ dicitur, nomen πρώτου hîc reſpondere putat. Huc plurimi illud Luc. 2. 2. de quo tamen Caſaub. Exercit. 1. p. 104. ſeq. conſulas.

Ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, *ante veſtibulum.* Plur. pro ſingulari. Sic Accuſativus per Enallagen ponitur pro Nominativo. Eurip. λέγεις τὸν πολύδωρον, ὅτι ζῇ, pro ὅτι πολύδωρος ζῇ. Sic Luc. 19. 3. ἰδεῖν Ἰησοῦν, τίς ἐστι, pro τίς ἐστιν Ἰησοῦς, *videre quis eſſet Jeſus.*

3. Subſtantivum infertur ad Adjectivum Atticè in Genitivo elegantiſſimè, *ut:*

Μάταιοι τῶν ἀνθρώπων pro οἱ ἄνθρωποι, *homines vani.*

Nota: *Apud Ebræos Nomina Adjectiva ſic conſtructa eminentiam ſignificant, ut Proverb.* 21. 20. Stulti hominum, *id eſt* ſtultiſſimi. Parva terræ, *id eſt* minima. *ibid. cap.* 30. 4. Honorati terræ, *id eſt* honoratiſſimi *Eſa.* 28. 8. *Sic apud Latinos:* Canum degeneres, nigræ lanarum. *add. Vechner. l. c. part.* 2. *cap.* 9. Sancte Deorum, *id eſt*, Sanctiſſime. τῶν καλῶν ἀνδράσι, *Iſocr. id eſt* τοῖς καλοῖς ἀνδράσι, optimis viris.

4. Pro Adjectivo eſt Subſtantivum, *ut:* Στεφάνισκοι ὑακίνθων, *Coronæ hyacinthinæ*, Anacreon. ἄν-

θρωπος τῆς ἁμαρτίας, *homo peccati*, Filius Perditionis. 2 Thess. 2. 3. Similia 1 Thess. 1. 13. 1 Petr. 1. 25. Rom. 6. 4. 1 Cor. 4. 21.

5. Substantivum alterum ex duobus Adjectivè quandoque explicandum est, ut: τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, *didici Græcam Linguam.*

6. Verbale Casum Verbi sui regit frequenter. Sic εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ, *gratiarum Actionum, quæ fiunt DEO.* Et Terent. *Quid tibi hanc rem curatio est.*

7. Relativum more Attico præcedenti respondet, quod ad subsequens fuisset referendum, *ut:* Joh. 2:22. ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν αὐτοῖς, pro ὃν εἶπεν, *Crediderunt sermoni, quem dixit illis.* Marc. 13. 19. Ephes. 2. 4. 1 Cor. 6. 19. Sic in profanis: χρῶμαι, οἷς ἔχω, βιβλίοις, *utor, quos habeo, libris.*

Sed quandoque ipsum antecedens Casum Relativi imitatur. Sic Actor. 21. 16. παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνί τινι κυπρίῳ, *apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium.*

1 Cor. 10. 16. τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, *panis, quem frangimus.*

Terent: *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.*

Tale illud Virgilii:

Urbem, quam statuo, vestra est.

8. Relativum non ad Antecedens, sed ad sequens refertur quandoque Genere. Ut τὴν μάχαιραν, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ, Ephes. 6. 17. ἐν οἴκῳ, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία, 1 Tim. 3. 15. Cic. *animal plenum consilii, quem hominem vocamus.*

Nota:

Nota : Relativum in hac forma Nomini, quod sequi debet, quandoque præponitur, *ut:* ἀπολαύω, ὧν ἔχω, ἀγαθῶν. *Fruor bonis, quæ habeo.*

9. Genitivi Pronominum Primitivorum ponuntur pro possessivis, ut:

πατήρ μȣ (ἐμός) Pater meus.
πατήρ σȣ (σός) Pater tuus.
πατὴρ ἡμῶν (ἡμέτερος) Pater noster.
πατὴρ ὑμῶν (ὑμέτερος) Pater vester.
τὴν σάρκα ἑαυτȣ̃ suam carnem.
ἑαυτῶν γυναῖκας suas uxores.

10. Relativum ὅς ἥ ὅ ponitur pro Articulo Præpositivo. *Solent enim* (ait Beza in Cap. 14. Rom.) *Græci in distributionibus non tantùm Præpositivis, sed etiam Postpositivis Articulis uti, ut: Rom.* 14. 2. ὃς μὲν πιςεύει φαγεῖν πάντα, *ille quidem credit vescendum quibuslibet.*

Sic è contrario Articulus Præpositivus ponitur pro Postpositivo, maximè apud Poëtas, ut: Homer. 1. Iliad. v. 72. Ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων, *propter suam scientiam, quam illi dedit Apollo*, vid. Possel. p. 216. seqq.

Præpositivus cum δὲ ponitur pro αὐτὸς, *ut:* ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, *ille verò respondens.*

11. Neutri Plurali addunt Attici Verbum Singulare, ut: Nominativus cum Verbo.

τὰ ζῶα τρέχει, animalia currit.

12. Verba *Exemtæ actionis* introducunt Ellipsin Nominativi, *ut :* ȣ̓δὲ καίȣσιν, *accendunt* Matth. 5. 15. *subaudi* ἄνθρωποι, *homines.* Sic φησὶ, λέγȣσι, *dicunt*, γράφȣσι, *scribunt.*

De Constructione cum Genitivo.

Ubi Latini ponunt Ablativum, ibi Græci frequentissimè habent Genitivum, Genitivus vero absolute positus abominantis aut indignantis est, ut: τῆς ἀναιδείας, *ô impudentiam.*

Postulant vero Genitivum I. Comparativa & Superlativa, *ut:*

Τρυτάνης δικαιότερος, *trutinâ justior.* βέλτιςος ἁπάντων, *omnium optimus.*

II. Verbalia Adjectiva in ικος vel per α privativum facta, *ut:* ποριςικὸς τῶν ἐπιτηδείων, *suppeditans necessaria*, ἀθέατος τῆς ἀληθείας, *negligens veritatis.*

III. Adjectivum partitivè positum, *ut:* οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, *Ingenui inter amicos.*

Nota. Partitionis Genitivum mutant in Casum partium mediante Articulo, *ut:* οἱ ἄνθρωποι οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, pro τῶν ἀνθρώπων, *hominum alii probi, alii improbi.*

IV. Dignitatem & excellentiam significantia, *ut:* ἰατρὸς μὲν ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. *Medicus omnibus reliquis præstat.* πολλῶν ςρουθίων διαφέρετε, *multis passeribus potiores estis.* Luc. 12. 7

V. Copiam & Inopiam designantia, *ut:* ἐνδεὴς τῶν καθ' ἡμέραν, *quotidiani victûs indigus.*

VI. Verba Sensuum aut Affectuum, *ut:* ὀρέγομαι τῆς δόξης, Isoc. ad Dem. *gloriam appeto.* οὐδεὶς οὐδενὸς ἀκούει, *nemo neminem audit.*

Nota 1. Multa tamen ex his Atticè regunt Accusativum, *ut:* ὁρῶ τὸν καιρὸν, Isoc. *video tempus.*

pus. ὄψονται τὸν υἱὸν, *videbunt filium*, quæ Verba videndi ſemper Accuſativum habent. τὰ τοιαῦτα ἐπεμελεῖτο. Xenoph. *talia curabat.*

2. Ad Verba Senſuum & Affectuum eorum cognata ſunt referenda, qualia Verba ſunt tentandi, conandi, capeſſendi, fruendi, conſequendi, incipiendi, aberrandi, fruſtrandi, liberandi, differendi, vincendi, dominandi, honorandi, diſcrepandi, quæ ſimiliter Genitiv. regunt. Rariùs enim quibuſdam Dativus vel Accuſ. apponitur, quæ omnia uſu addiſcenda veniunt.

VII. Ponitur & in Genitivo 1. Materia, ex qua aliquid fit, vel qua aliquid completur, *ut:* πεποίηται τοῦ λίθου, *factum eſt è lapide*, ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, *impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus.* Matth. 22. 10. Materia.

Hûc ea, quæ partem de Subſtantia ſumunt, *ut:* πίνω ὕδατος, *bibo aliquam partem aquæ.* Sed πίνω ὕδωρ, *bibo aquam*, non partem, ſed totum notat.

2. Pretium, *ut:* ἠγοράσθητε τιμῆς, *empti eſtis precio.* 1 Cor. 6: 20. Sic αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία, Æſch. *Virtus ſanguine venalis eſt.* Δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή, *gloriâ & famâ pecunia comparari poteſt, gloria autem nummis non emitur.* Καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην, *Fumi umbra non emerem.* Athen. Pretium.

Quandoque ponitur in Dativo, *ut:* ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος, *propriâ morte gregem emens.*

3. Crimen aut pœna, *ut:* ὑπόδικος ἀσεβείας, Plato. *Reus impietatis.* ἁγνὸς φόνου, *purus à cæde.* ἔνοχος θανάτου, *reus mortis.*

γράφομαί σε μοιχείας, *accuso te adulterii*. καταγινώσκω σε φόνου, *damno te homicidii*. ἀφεθεὶς τῶν ἐγκλημάτων, Demosth. *Liberatus crimine*.

Nonnulla vero ex his variè construuntur, quæ usu discenda sunt.

Sic crimen aut pœna quandoque in Dativo ponitur, *ut:* Matth. 5. ἔνοχος τῇ κρίσει.

4. Tempus, ut: ὀλίγου χρόνου παρέσαι, Xenophon: *brevi tempore aderit*. νυκτὸς καὶ ἡμέρας σπουδάζει, *noctu & interdiu studet*. Haud rarò Nomen temporis in Dativo collocatur, ut: νυκτὶ πλεῖν, *noctu navigare*. Hom. τρίτῳ ἤδη μηνὶ ἐξέτεκε, *tertio jam mense partum absolvit*. Lucian.

Continuitas verò temporis in Accusativo, *Seu:* Ad quæstionem Quamdiu respondetur per Nomen Temporis in Accusativo, rariùs Dativo vel Genitivo, *ut:* Matth. 4. 2. νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα, *jejunans dies quadraginta*.

Demosth. ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. *Puto accipientem beneficia memorem esse oportere per omne tempus; facientem vero oblivisci illico*.

Ablativi. 5. Ablativi consequentiam designantes, *ut:* Θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, *Deo dante nihil valet invidia*. Θεοῦ οὐ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος, *Deo non dante nihil valet labor*. ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, *Terra ignibus me misceatur mortuo*. Sueton. Nerone.

Nota. 1. Quandoque Participium solum ponitur subintellecto Nomine, *ut:* ἐλθόντων δὲ ἀνέβη, *Venientibus autem* (illis) *ascendit*.

2. Αὐτι-

2. Atticè pro hoc Genitivo est Accusativus, & fermè cum ὡς & ὥσπερ, ut: ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος, *viro istud facturo.* Estque illud receptissimum in Participiis Impersonalium: δέον, *cùm deceat*, δεῆσον, *cum oportuerit*, ἐξὸν, *cùm sit permissum*, προσῆκον, *cum deceat*, παρὸν, *cum adsit facultas*, ἐνδεχόμενον, *cum fieri possit*, ἄδηλον ὄν, *cum sit incertum*, δόξαν ἐμοὶ γράψαι, *cùm mihi visum esset scribere*, ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, *cum ipsi liceret facere*, ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, *tanquam nihil ejus intersit &c.* Hæc ex Angeli Caninii Hellen, pag. 260.

3. Aliquando loco Genitivi ponitur Dativus absolutè, *ut:* παριόντι τῷ ἐνιαυτῷ φαίνουσι πάλιν φρουράν, Xenoph. *anno præterlapso rursum custodiam decernunt.*

VIII. Genitivus frequenter ἐλλειπτικῶς, ponitur deficiente ἕνεκα, *ut:* εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, scil. ἕνεκα. *beatum te prædico ob felicitatem.*

Sic Latini: *Justitiæne priùs mirer, belline laborum?* scil. causa. Virg. lib. XI. Æn. ad quem locum interpretes plura adnotarunt.

Constructio Transitiva cum Dativo.

Dativum regunt 1. Composita cum σὺν, ὁμοῦ, *ut:* σύντροφος ἐμοὶ *simul educatus mecum.* Constructio cum Dativo.

ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, *coëssentialis Patris:*

τοῖς εὖ φρονοῦσι πᾶσι συμμαχεῖ θεὸς, *Omnibus rectè sentientibus præsto est Deus.*

2. Omnia, quæ Passive significant, *ut:* πεποίηταί μοι, *factus est mihi*, id est, à me, ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, *vulgò ignotum.*

3. Verba { Sequendi, ἀκολουθῶ, ἕπομαι.
Certandi, ἐρίζω, πολεμῶ, ἀγωνίζομαι, μάχομαι.
Jubendi, κελεύω, ἐπιτάττω, διατάττω, ἐντέλλομαι.
Utendi, χράομαι.
Colloquendi, λαλέω, προσλαλέω, συλλαλέω, ἐντυγχάνω, διαλέγομαι.

ut: ἕπεσθαι ταῖς ἡδοναῖς, *sequi voluptates.*

Pitt. μὴ ἔριζε τοῖς γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς, *Ne contendas cum parentibus, etiamsi justa dicas.*

Sic Latin. *Solus tibi certet Amyntas.* Virg.

Isocr. ad Demonic. ἐπιτάττω σοι τὰ βέλτιστα πράττειν. *Jubeo te optima quæque agere.*

Id. ibid. μηδένα φίλον ποίει, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις, *Neminem adjungas tibi amicum, priusquam exploraveris, quomodo prioribus usus sit.*

Chrysost. πᾶς ὁ προσευχόμενος τῷ Θεῷ διαλέγεται, *omnis, qui orat, cum Deo loquitur.*

Nota: Verba μιμέομαι *imitor*, διώκω *persequor*, & ζηλόω *æmulor*, regunt Accusativum, *ut:* ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις. Isocr.

4. in Dativo ponuntur { Causa, *ut:* φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, *Invidiâ hæc facit.*
Instrumentum, *ut:* ἀπέκτεινε τῷ ξίφει, *interfecit gladiô.*
Modus actionis, *ut:* τίνι τρόπῳ γράφεις, *quomodo scribis?*

5. Da-

5. Dativum cum Genitivo habent ἀμφισβητῶ, *dubito*. μετέχω, *participo*. κοινωνῶ, *communico*. συγγινώσκω, *ignosco*. φθονῶ, *invideo*. Et Impersonalia δεῖ, *oportet*. μέτεςι, *adest*. μέλει, *curæ est*. μεταμέλει, *pœnitet*, &c. non raro & Accusat. rei.

6. Verbalia in τέον Dativum Personæ & Casum Verbi sui assumunt, *ut*: γραπτέον μοι τὰ γράμματα, *sunt mihi scribendæ literæ*.

Aliquando Adjectivè cum Substantivis eodem Genere & Numero junguntur, *ut*: γραπτέα ἐμοὶ ἐπιςολή. *Epistola mihi est scribenda.*

7. Gemino Dativo utuntur Græci mediante Particula καὶ, & subintellecto Verbo Substantivo, nec non Nomine πρᾶγμα, *ut*: τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι, *quid mihi tecum est mulier?* Joh. 2. 4.

Constructio Transitiva cum Accusativo.

Accusativus ubique locum habet, si subaudias κατὰ, *ut*: ὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός, *Nemo hominum per omnia sapiens est*. Sic Virgil. *Cætera Grajus, Fractus membra*, &c. Constructio cum Accusativo.

Quandoque est Dativus, *ut*: τῷ εἴδει καλὸς, *specie pulcher*.

2. Quodvis Verbum admittit Accusativum Nominis ab eo deducti vel cognatæ significationis, *ut*: ἀδικῶ σε ἀδικίαν, *afficio te injuriâ*. ποτίσῃ ποτήριον, Matth. 10. 42. *potaverit poculo*. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, *Lactis potu vos alui*. 1 Cor. 3. 2.

3. Atticè pro Dativo est Accusativus, *ut*: οἶδά

με ποιεῖς *qualia mihi facis.* Demosthen. πρᾶξαι τὴν πόλιν ἀγαθά, *Bonis Rempubl. afficere.*

Fit hoc quando, εὖ, καλῶς aut κακῶς cum Verbis λέγω, ἀγορεύω, εἰπεῖν in significatione laudandi & vituperandi, nec non πράττω, ποιέω, δράω, ἔρδω &c. in significatione benè aut male faciendi construuntur, *ut:* μὴ λέγε κακῶς τὸν τεθνηκότα. *Ne maledicas mortuum.* vid. Barth. XXXV. 12. Adversar. & Borrich. ad Vossium de vitiis sermonis latini. Solon. καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς. *Benefacite odio habentibus vos.*

4. Passiva nonnulla regunt Accusativum Verbi Activi, *ut:* ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, *deferor arbitrium*, pro, *arbitrium mihi defertur.* In Act. ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν, *defers mihi arbitrium.* Ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν, *committitur hæc mihi cura.*

5. Verbis Activis regentibus Accusativum Objecti cum Dativo Subjecti, subjicitur & in Passivo Accusativus Objecti, Dativus verò transit in Nominativum. Sic 1 Timoth. 1. 11. ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, *quod mihi creditum est.* Sic Virgilius: *Flores inscripti nomina regum*, pro *quibus inscripta sunt nomina.* Similia Exempla Rom. 3. 2. 1 Cor. 9. 17. &c. occurrunt.

6. Verba Adjurandi geminum regunt quandoque Accusativum, ut: ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, *Adjuramus vos per JESUM.*

De Nominibus Loci.

Nomina Locorum. Nominibus Loci Græci addunt Præpositiones,

nes, ſicut & Appellativis, *ut:* γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, *noctuas Athenas*. Cic. IX. ad famil. Ariſtophanes τί γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε.

De Conſtructione Modorum.

1. Plurima efferunt Græci per Indicativum, quæ Latini per Conjunctivum; *ut:* ἀγνοῶ, εἰ ἦλθεν, *neſcio num (venit) venerit*. Οὐκ οἶδα, τί πεποίηκε, *neſcio, quid (fecit) fecerit*. ἡ δὲ κάμηλος πίνει ἥδιον θολερὸν καὶ παχὺ, οὐδ' ἀπὸ τῶν ποταμῶν πρότερον, ἢ συνταράξει. *Camelus verò ſuaviùs bibit aquam turbidam & craſſam, neque priùs è fluviis bibit, quàm turbaverit*. Ariſtot. Conſtructio Modorum.

2. Optativus ſæpè ponitur pro Indicativo & Atticorum proprium eſt uti Optativis, ubi natura ad Indicativum ferebat, ait Budæus, *ut:* ἔλεγες γὰρ, ὅτι ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ τὸν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις. *Dixiſti enim à Jove juſtitiam & verecundiam miſſam*. Plato.

3. Græci frequentiſſimè circumloquuntur Verba ſua in quocunque Tempore per Verbum Subſtantivum & Participium, *ut:* οὐ σιωπήσας ἔσῃ, *non tacebis:* ἀεὶ φαιδρὸς ὢν τυγχάνεις, *ſemper lætus es*. ἦσαν προσκαρτεροῦντες, Actor. 1. 14. *perſeverabant*. Emphaſi tamen hic loquendi mos Græcis puriſſimè loquentibus uſitatus non caret.

4. Infinitivum præcedit Nominativus, cùm in eadem Perſona oratio ſubſiſtit, *ut:* φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι, *dicit ſe auctorem fuiſſe*. λέγω εἶναι φίλος, *dico me eſſe amicum*, Apoc. 13. 14.

ἃ ἐδο-

ἃ ἐδόθη ποιῆσαι, λέγων; similia occurrunt Eph. 3.17. &c. Sic Latini quoque. Ovid. *sed enim qui retulit Ajax esse Jovis pronepos.*

Horat. *vir bonus & sapiens dignis ait esse paratus.* vide quæ docti ad Phaselum Catullianum observarunt.

N O T A.

Quando in eadem Persona Oratio non subsistit, Latinos imitantur, atque Accusativum adsciscunt, ut: Τιμοκράτης φησὶ Επίκουρον δὶς τῆς ἡμέρας ἐμεῖν ἀπὸ τρυφῆς, *dicit Epicurum bis quotidie vomere solitum à luxuria.* Laërtius.

5. Quando Infinitivus & Verbum præcedens ad eandem pertinent Personam, non est opus Accusativo Reciproci, *ut:* ἔφη ποιήσειν, *dixit facturum*, nempe *se*. Sic Terent. *Pollicitus sum suscepturum*, scil. *me*.

6. Infinitivi sæpè absolutè absque Verbo regente ponuntur, *ut:*

ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut ita dicam.* ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν, *ut uno verbo dicam.* συνελόντι δὲ εἰπεῖν, *ut semel vel breviter dicam.*

Dicunt etiam sine Infinitivo, *ut:* συνελόντι δὲ *scil.* εἰπεῖν, *ut contrahendo dicam.*

7. Nominibus Adjectivis, voluntatem aut facultatem significantibus, Infinitivi adduntur. *ut:* λέγειν τε καὶ πράσσειν δυνατώτατος, Thucyd. *Ad dicendum & agendum aptissimus.* ἱκανὸς διδάσκειν. *Satis aptus ad docendum.* Xenophon.

Sic Virgil. *Et cantare pares & respondere parati. Fortis bellare, prudens intelligere.*

8. No-

8. Nominibus οἷος, οἷός τε, ὅσος eleganter Infinitivi adduntur, *ut*: τὴν πόλιν ἡμῶν πείθειν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν, *Urbi nostræ persuadere non poterant*. Isocr. Plato: οἱ θεοί εἰσιν, οἷοι μὴ μεταβάλλειν, *Dii sunt ejusmodi, ut non possint mutari*. Soph. τοσοῦτον, ὅσον δοκεῖν. *Tantum, quantum videri potest*.

9. Verbum μέλλω cum Infinitivo facit Periphrasin Futuri istius Verbi, cum quo construitur, ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε. ἀποτυχὼν γὰρ καταγελασθήσῃ, *quod facturus es, ne dic. Si enim non succedit, irrideberis*. Bias: μέλλει ἀποθανεῖν, *moritura est*.

10. Infinitivi loco Verbis perseverandi, desistendi, & affectionem animi significantibus additur Participium, *ut*:

ἀγαπῶν με διατέλει, *me amare perge*. παύσομαι λέγων, *cessabo dicere*. μέμνημαι ἰδών, *memini videre*. οὐ συνίεσαν μάτην ποιοῦντες. *non intelligebant se frustra laborare*.

Sic Virgil. *Sensit medios delapsus in hostes*.

11. Infinitivis cum vel sine Articulis utuntur Græci pro Gerundiis & Supinis, *ut*: Isoc. in Nic. τὸ λέγειν, ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα, *Dicere, ut decet, maximum sapiendi judicium facimus*.

λέγειν καὶ πράττειν δυνατώτατος, *dicendo & agendo paratissimus*. Thucyd. κράτιστος αὐτοσχεδιάζειν. Idem: *Præstantissimus ad res ex tempore expediendum*, seu *expediendas*, τοῦ

πε-

περιτεμεῖν τὸ παιδίον, *puerum circumcidendi*, seu, *ut puer circumcideretur*. Luc. 2. 21.

Præponitur insuper & Præpositio, *ut* ἐν τῷ μὴ φρονεῖν ἥδιςος βίος, Soph. *In non intelligendo jucundissima vita est*. ἐκ τοῦ μηδὲν ποιῆσαι. *Ex nihil agendo*. Demosth. πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, *ad concupiscendum*. εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα, *ut ipse fieret pater*, ἐπὶ τὸ ἀνάγκῃ πείθεσθαι, *ad necessario obtemperandum*. Isocr.

Nota: Præcedit frequenter & ἕνεκα *vel* χάριν, quæ tamen, quando actio vel passio Gerundiva alteri Verbo finem significans subjicitur, subintelliguntur, *ut:* ἕινεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν, *ad revelandum studium*. τοῦ νικᾷν χάριν ἦλθε, *vincendi gratia venit*. Lucian. οὐδὲν ἄπιςον πρακτέον τοῦ νικᾷν ἕνεκα, *nihil perfide agendum vincendi causa*.

12. Infinitivus pro Imperativo ponitur per Enallagen Modorum, quæ frequens est. Sic κλαίειν, χαίρειν Rom. 12. 15. pro: *flete, gaudete*.

De Adverbiis.

Constructio Adverbiorum.

1. ἴδε & ἰδοὺ, *En* & *Ecce*, Nominativis junguntur, ut:

ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ. *Ecce Agnus DEI.*

ἰδοὺ ὁ ἄνθρωπος. *Ecce homo.*

ἰδού σοι ὁ δελφίνων ὠκύτατος. *Eccum tibi delphinum velocissimum*. Lucian.

2. Genitivus additur Adverbiis.

1. Quibusdam Loci & Temporis, *ut:* ποῦ γῆς; *ubi terrarum?* ἅπαξ ἡμέρας, *semel de die*, δὶς τοῦ ἐνι-

ἐνιαυτῦ; *bis in anno*. πρωῒ τῆς ἡμέρας, *diluculo diei*.

2. Præpositionum naturam habentibus, veluti sunt: ἄνευ, δίχα, χωρὶς, ἄτερ, *sine absque*, ἔναντι, ἐναντίον, προπάροιθεν, *foris*. ἐνώπιον, ἔμπροσθεν, *ante, in conspectu*. ἔξω, μέχρι, ἄχρι, ἕως, *usque ad*, ἕνεκα, χάριν, δίκην, *gratia, causa*, ἐντὸς, *intra*. ἔγγυθι *propè*, πόῤῥω, *procul ab*, ἐκτὸς, *extra*, μεταξὺ, *inter*, πλὴν, *nisi quam*, ut: ἄνευ δόλȣ, *absque dolo*, φιλίας ἕνεκα, *amicitiæ causa*. πλὴν etiam cum Nom. Dat. Acc. uti & cum Infinitivo, Conj. Indicativo construitur, Possel. pag. 251.

3. Adverbia comitativam vel congregativam significationem habentia Dativ. adsciscunt, *ut*: ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *simul cum die*. ὁμȣ̃ τοῖς ἄλλοις, *una cum aliis*. Adverbia similitudinis, *ut* in προτάσει & ἀποδόσει, *se sequantur*, vide apud Possel. p. 259.

4. Duæ Negationes fortius negant, *ut*: σώφρονος ἀπιςίας οὐκ ἔςιν ȣ̓δὲν χρησιμώτερον, *sapiente diffidentia nihil utilius est hominibus*. Eurip. in Helen.

Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, *nunquam ne minimum turpe facias*. Isoc. ita *nondum nihil* ap. Cœl. Aurel. quamvis Barth. *admodum nihil* emendet.

Verum tamen aliquando affirmativam gignunt sententiam, *ut*: Chrysost. ȣ̓δεὶς, ὅςις ȣ̓ γελάσεται, *nemo est, qui non sit risurus*, & Thesmopolis apud Lucianum διδάσκων ὡς αἱ δύο ἀποφάσεις μίαν κατάφασιν ἀποτελȣ̃σι.

5. Negativæ particulæ μὴ vel μὴ ȣ̓ frequentissimè Infinitivus additur, *ut*: Phocyl. μὴ πλȣτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν. *Ne ditescas injustè, ex juste partis vive*. Sæpissimè etiam Infinitivi per Ellip. κατὰ, εἰς, ὥςε, ἕνεκα, & similium ponuntur.

Sunt etiam qui θέλε, χρὴ, προσήκει, & similia, hic subaudienda esse velint.

6. πρὶν, πρὶν ἤ, rarius cum Indicativo & Conjunctivo, frequentissimè autem cum Infinitivo construitur, *ut:* Isocr. πρὶν ἀποτέλεσα, *antequam absolvi.* πρὶν ἀκούσῃς, *antequam audieris.* Hesiod. πρὶν ἐλθεῖν, *antequam veniret.* πρὶν ἀποθανεῖν, *antequam moriatur.*

Additur etiam Infinitivo Accusativus, *ut:* Joh. 4. 49.

7. εἴθε & αἴθε de re præterita, fere Indicativum: de Præsenti vel Futura Optativum habent, *ut* εἴθε ἔγραψα, *utinam scripsissem*, Lucian. εἴθε καὶ γαμήσειας, αὐτὸν ἐμοῦ ἕνεκα, *utinam & ipsum in matrimonium ducas mei causa.*

8. Adverbia Qualitatis eleganter construuntur cum Verbo ἔχω, διάκειμαι, διατίθεμαι, πράττω, ποιέω, πάσχω, addito Casu illius Adverbii, *ut:* ἀφειδῶς ἔχει χρημάτων, *prodigus est pecuniæ.* τῶν ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως ἔχει, *non est imperitus rerum forensium.*

9. ἕως, *usque*, Indicativo, Conjunctivo, Optat. gaudet & Adverbiis jungitur.

DE PRÆPOSITIONIBUS.

Præpositiones *unum* vel *duos* vel *tres* regunt Casus.

Unum Casum regunt, & quidem

vel { *Solum* Genitivum ἀντὶ, ἀπὸ, ἐκ, πρό.
Solum Dativum ἐν & σύν.
Solum Accusativum εἰς & ἀνά. }

De his notentur Versus.

Ἀντὶ, ἀπὸ, πρὸ, καὶ ἐκ, Genit. admittere, gaudent,
ἐν notat *inter & in*, σὺν *cum* poscuntque Dativ.

εἰς,

...ις, ἀνὰ Accusativos admittere gaudent.

Unum regunt Casum, & quidem

I. Genitivum ἀντὶ, ἀπὸ, ἐκ, πρὸ.

[...]. ἀντὶ pro [p]ropter, [n]otat per[m]utatio[n]em *in*

Retribuendo, *ut*: ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακά, *pro bonis reddere mala.* Præpositiones cum Genitivo.

Eligendo, ἀντὶ πολλῶν χρημάτων ἑλέσθαι τὴν δόξαν χρὴ, *grandi pecuniæ gloria præferenda est.*

Supponendo. Luc. 11. 11. μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει, *num vice piscis serpentem dabit?* Alex. Aphrodisæus: ἀνθ' ἱματίων περιέβαλε πτερὰ, *loco vestium induit pennas*, Matth. 20. 28. δοῦναι ψυχὴν ἀντὶ πολλῶν, *animam dare pro multis.* ἀντὶ.

Causando, *ut*: οὐκ οἶδα, ἀνθ' ὧν πολλοὶ ἡμᾶς μισοῦσι; *nescio quamobrem multi nos oderint.* Demosth. Luc. 1. 20. ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας, *eò quod non credidisti.* Eph. 5. 31. ἀντὶ τούτου καταλείψει, *hujus rei gratia relinq.*

In Compositione præter permutationem positionis, (ἀντίδειπνος, *qui alterius loco ad cœnam venit*, ἀντιστρατηγὸς, *qui in bello est loco ducis*, ἀντιπελαργεῖν, *vicissim beneficium præstare*) *notat* permutationem contrarietatis, *ut*: ἀντίχριστος, *Christi adversarius*, ἀντίκειμαι, *opponor*; & comparationis, *ut*: ἀντίθεος *Deo æquiparandus.*

II. ἀπὸ *a, ab, ex, de* notatque

Efficiendo, *ut*: παῦλος ἀπόστολος οὐκ ἀπὸ ἀνθρώπων, *Paulus Apostolus non ab hominibus.* τοῖς φιλοσοφοῦσι ἀπὸ ἡμῶν, *qui ex professo Philoso-* ἀπὸ.

originem seu fontem, unde aliquid est.

losophaturi sunt. Laërt. p. 117. Et huc refer ea loca, in quibus ἀπὸ reddendum per *propter* seu *præ*, *ut:* οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ ὄχλου, *non poterat præ turba*. ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, Luc. 21. 26. *extabescentibus hominibus propter timorem*. ἀπὸ λύπης κοιμώμενος, *præ tristitia dormiens*. ἀπὸ κτίσεως κόσμου, *per creationem mundi*. Rom. 1. 20. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν, *ex fructibus eorum*, Matth. 7. 16.

Progrediendo, ut notetur:

vel Ordo, *ut:* ἀπὸ θεοῦ χρὴ πάντα ἄρχεσθαι, *omnium initium debet esse Deus*. vel Locus, *ut:* ἰδοὺ μάγοι ἀπ' ἀνατολῶν, *Ecce Magi ab oriente*, Matth. 2. 1. vel Tempus, *ut:* ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, *ab illa hora*. Et huc Fullerus lib. 1. Miscel. c. 1. refert illud Luc. 14. 18. cœperunt ἀπὸ μιᾶς sc. ὥρας, id est, *statim*, *continuò se excusare*, *ut* exactè Syriaco, מחדא παραχρῆμα *respondeat*. Sed vid. quæ in contrarium urget D. Olearius de stylo N. T. p. 10. vel materia, *ut:* ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, *vestimentum è pilis Cameli*. Et huc pertinet illud, quando στέρησιν seu *privationem* notat: *Erant sanatæ* ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν *à Spiritibus malis*. Con-

Construitur etiam cum Adverbiis *ἀπὸ ἄρτι, ex hoc*. Matth. 26. 29. *ἀπὸ τότε, ex eo, ἀπὸ νῦν, ex nunc.*

Nota 1. *ἀπὸ*, interdum abundat, *ut: ἀπ' ὀρανόθεν, cœlitus. ἀπὸ μακρόθεν, procul.* Sic Camerarius *πλεονάζειν τὸ ἀπὸ*, existimat, Matth. 27. 21. *ἀπὸ στόματος, memoriter.*

2. In Compositione *ἀπὸ* notat *inde, ex eo.* Sic Athen. lib. 14. notat *ἀπεσθίειν*, dixisse veteres pro *ἀπό τινος ἐσθίειν*. Et *ἀπογεύσασθαι* pro *ἀπό τινος γεύσασθαι. ἀπελπίζειν, inde sperare*, Luc. 6. 35.

Quandoque significationem auget, *ut: ἀποθαυμάζω, demiror.* add. Olear. exercit. Philol. in Epist. Dom. XVIII. Trin. p. 406. Reliqua usu observa.

III. Ἐκ vel ἐξ significat *à, ab, ex*, & notat

- Causam Efficientem, Matth. 1. 20. *Quod natum in ea est, ἐκ πνεύματος ἁγίου, à Spiritu Sancto est.* Matth. 5. 37. Rom. 11. 36. Joh. 5. 65. add. 45.
- Causam Materialem, Matth. 3. 9. *quia potest Deus ἐκ λίθων τούτων, ex lapidibus his*, Matth. 27. 29. *καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, è spinis.*
- Motum de loco vel re, Matth. 12. 42. *ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, è finibus terræ.* Sic Matth. 2. 15.
- Tempus Continuatum à termino, *ut* Matth. 19. 20. *ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητος, servavi à juventute*, Act. 14. 8.
- Absolutum & completum, *ut* Joh. 13. 4. *Surgit Jesus ἐκ τοῦ δείπνου, ex cœna*, id est, *cœnâ jam per-*

peracta. Vide hîc Gerh. in Harm. Pass. cap. 170.

Locum. Matth. 27. 38. εἷς ἐκ δεξιῶν καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, *unus à dextris & alter à sinistris.*

Pretium. Matth. 20. 2. ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, *denario in diem.*

Partitionem, *ut:* τίς ἐξ ὑμῶν, Joh. 8. 46. *quis ex vobis?* Marc. 9. 17. εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, *unus è turba* Matth. 7. 9.

Signum seu Causam cognoscendi, *ut:* ἐκ τοῦ καρποῦ δένδρον γινώσκεται. *Ex fructu arbor cognoscitur*, Matth. 12. 33.

Rei continuatæ augmentum, *ut:* βάσιν ἐκ βάσεως παραμείβειν. Heliod. lib. 9. voet voor voet voortgaan / seu hoe langs hoe verder gaan. Similis Phrasis Psal. 84. 7. Psal. 144 13. Rom. 6. 19. 2 Cor. 3. 18.

Nota. 1. Notat quandoque ἐκ eminentiam aut ἐξοχὴν, *ut:* Amos 6. 4. καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνὰ, Ebraicè: *& comederunt agnos* מִצֹּאן *è grege, & vitulos* מִתּוֹךְ *è medio saginarii*, id est, *agnos optimos è grege.* Matth. 22. 35. εἷς ἐξ αὐτῶν, *ex ipsis*, id est, *præstantissimus eorum aliquis.* Et sic *Drusius* Phil. 3. 5. ἑβραῖος ἐξ ἑβραίων, lib. 4. observ. c. 20. explicat de præeminentia, cùm aliàs hic idem diceret, quod jam dum dictum, nempè quod oriundus fuerit ex Israël.

2. Servit Periphrasi, *ut:* οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, *Peripatetici.* ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου,

Salutate eos, qui sunt ex Aristobuli familiaribus. οἱ ἐξ ἐκείνου, *illius posteri.* οἱ ἐξ ἐριθείας, *rixosi.*

3. Adverbialiter cum suo Nomine redditur, *ut:* Matth. 26 42. ἐκ δευτέρου, *secundo.* ἐκ τρίτου, *tertio.* ib. v. 44. ἐξ ἑτοίμου, *prompte.* ἐκ Θεοῦ, *divinitus.*

4. Ἐκ in Compositione non tantùm genuinam significationem (*ex* & *extra*) retinet, sed & quandoque *vehementiam & ornatum* notat: *ut:* ἐξηρτισμένος, *perfectissimè instructus.* 2 Tim. 3. 17. ἐκπλήττεσθαι *percelli* Matth. 7. 28. Sic illud Jud. v. 7. ἐκπορεύεσθαι, *est in scortationem quasi penitus effundi*

IV. πρὸ *pro, ante, coram, præ,* & notat

- Prioritatem
  - Temporis, *ut:* πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι, *antequam oretis,* Matth. 6. 8. it. 5. 12. Luc. 2. 21. Joh. 1. 48. Gal. 1. 17.
  - Dignitatis Arist. 1. Polit. c. 4. ὄργανον πρὸ ὀργάνων ὑπηρέτης. *Servus est instrumentum præ aliis instrumentis.*
  - Loci, *ut:* πρὸ θυρῶν, *ante fores,* Jac. 5. 9.
- Præsentiam, *ut:* πρὸ προσώπου, Matth. 11. 10. Marc. 1. 2. *ante faciem,* πρὸ ὀφθαλμῶν, *in conspectu.*
- Vicem, *ut:* πρὸ τῶνδε ἐρῶ, *pro his loquar,* id est, *loco illorum.* Joh. 10. 8. πρὸ ἐμοῦ, *pro me se vendicarunt.*
- Auxilium vel commodum, *ut:* πρὸ γυναικῶν μάχεσθαι, *pro uxoribus pugnare.*

In Compositione prioritatem *temporis* (προγινώσκειν, *ante cognoscere* Act. 26. 5. προελπίζειν, *prius*

prius sperare.) dignitatis (*προΐςασθαι*) *loci* (*προάγειν præire*) retinet.

Præpositiones cum Dativo. II. Dativum ἐν, & σύν.

Præpositiones cum Dativo.

I. Ἐν *in*, notat

Quietem in Loco aut re, & significat

- In, *ut:* *ἐν ἀγορᾷ*, *in foro.*
- Inter, *ut: τί δεῖ μόνον φρονεῖν ἐν τοσούτοις μεμηνόσι; quid oportet solùm sapere inter tot insanos?*
- Apud, *ut:* *ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα*, *apud fortunatum omnia fortunata.*
- Penes, *ut: ἐν τῷ Θεῷ τὸ τούτου τέλος ἦν* Demosth. *Hujus rei exitus penes Deum erat.* Quandoque tempus significat, *ut:* Act. 24. 18. *ἐν οἷς, inter quæ*, id est, *quæ dum ago.* Sic Luc. 24. 35. *ἐν κλάσει*, in of onder het breken van het broot / tempus non causa notatur.

Causam

- Efficientem, *à* vel *ab*, *ut:* Luc. 4. 1. *JESUS actus ἐν τῷ πνεύματι*, quod Matth. 4. 1. per Διὰ explicatur.
- Instrumentalem, *ut:* *ἐν βέλει πληγείς*, *jaculo percussus.*
- Meritoriam, *propter*, *per*, *ut:* *Putant quod ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν, exaudiantur*, id est, *propter loquacitatem.*

Nota 1. *ἐν* pro *εἰς* frequenter ponitur. Iliad. *α* *κάππεσον ἐν λήμνῳ*, *decidi in Lemnum.*

2. In

2. Inservit juramento, sicut & εἰς & est *Per*, ut: Matth. 5.34. seqq.

3. Adverbialiter redditur, ut: ἐν δίκῃ, *merito*, ἐν καιρῷ, *opportunè*.

4. Facit Ellipsin, *ut:* ἐν ᾅδου scil. οἴκῳ, *in inferno*.

5. In Compositione quandoque Emphasin Verbo addit, *ut:* ἐνεβριμήσατο, *graviter interminabatur*. Matth. 9.30. vid. Hesych. & Suid.

II. σύν.

II. Σὺν respondet Latinorum *Cum*, *ut:* σὺν Θεῷ, *cum Deo*. σὺν δορὶ, *cum hasta*.

Nota 1. Facit Periphrasin, *ut:* οἱ σὺν Ἀντωνίῳ scil. ὄντες, *Antoniani*.

2. Adverbialiter reddendum, *ut:* σὺν νόμῳ, *legitimè*, Xenoph.

3. Quandoque omittitur. Philo: οὓς αὐτοῖς ἅρμασι καὶ ἵπποις καταποντοῖ, *quos unà cum ipsis curribus demergit*. Thucyd. πορευόμενος χιλίοις ὁπλίταις ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης. *cum mille armatis militibus in Thraciam proficiscens*. Sic illud Apoc. 8.3. explicandum: *& dati sunt ei suffitus multi*, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, *ut offerret cum precibus sanctorum*, & v. 4. *ascendit fumus suffituum (cum) precibus Sanctorum*. ἀπώλοντο νῆες αὐτοῖς ἀνδράσιν, *cum ipsis hominibus*. Xenoph. lib. 1.

III. Accusativum εἰς & ἀνά.

I. Εἰς notat Finem	Ad quem & significat	In. εἰς οὐρανὸν, *in cœlum*. Ad. ἦλθεν εἰς δέσποιναν, *venit ad heram*. πορφύρα εἰς χλαῖναν. *Purpura ad vestem*. Apud. εἰς ἅπαντας γνώριμον. *Apud omnes notum*.

Præpos. cum Accusat.

Ob quem & significat { Ob, ut: εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται, *Ob justitiam laudatur*, Aristot. Erga, τῇ ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ Xenoph. *Vestræ erga me benevolentiæ.*

Contra quem, *Contra*, *Adversus*. εἰς τοὺς σοφιστάς, *Contra Sophistas*. εἰς τὸν Χριστὸν, *in* vel *contra Christum peccatis*, 1 Cor. 8. 12.

Nota. 1. εἰς pro ἐν frequentissimè ponitur, quod in N. T. Beza, Piscator, & alii itidem agnoscunt. Æschin. εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθέζομαι. *In concione sedeo.* Xenoph. στὰς εἰς τὸ μέσον. *Stans in medio*, κατῴκησεν εἰς πόλιν, Matth. 2. 23. *Habitavit in civitate*. Sic Cic. *Naves essent in potestatem*. Consulatur Taubmannus in Prol. Amphitr.

2. Quandoque est *circiter*, ut Lucian. εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. *Natus annos ad nonaginta*. Sic Terent. *Ad quindecim talenta*.

3. Inservit Periphrasi, & cum Nomine suo quandoque Adverbialiter redditur, *ut*: Thucyd. ἦλθον εἰς πρεσβείαν, *miserunt Legationem*, εἰς τὸ ἀκριβέστατον, *accuratissimè*, εἰς τάχος, *celeriter*, εἰς κενὸν *frustra*. εἰς δέον, *recte*.

4. εἰς Nominis subsequentis facit Ellipsin, *ut*: εἰς ᾅδου scil. οἶκον, *in inferni domum*.

5. Ipsum εἰς quandoque deficit. Pindarus: βίον ἀθάνατον σπεῦδε pro εἰς βίον. Sicut Hesiod. ait, σπεύδειν εἰς ἄφενον, *properare ad divitias*, Act. 5. 3. 1. ἐργ. *Mentiri* τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id est, εἰς τὸ πνεῦμα. Sicut Syr. legit ברוחא & *Beza*

testis

testis est, se in quodam exemplari εἰς additum legisse, quod & Versus 4. ibid. probat.

II. Ἀνά.

II. Ἀνὰ, *Per*, *in*, *contra*, significat motum per locum & rem, rariùs quietem aut contrarietatem, *ut:* Iliad. α. νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, *Morbum malum per exercitum excitavit*. Xenoph. ἀνὰ στόμα ἔχουσιν, *In ore habent*. Herodot. ἀνὰ ποταμὸν πλέειν. *Adversus flumen navigare*.

Ἀνὰ distributivè sumptum, non est Præpositio, sed Adverbium, quod exinde elucet, quia tunc Casu destituitur, *ut:* Joh. 2.6. *capientes* ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, *singulæ mensuras duas aut tres*. Sic & Medici utuntur.

Nota. 1. Apud Poëtas regit & Dativum significatque *Cum* & *Super*.

In Compositione iterationem seu redintegrationem & elevationem notat, nonnunquam significationem Simplicis auget, *ut:* ἀναζάω, *reviviſco*, ἀναλαμβάνω, *recupero*, ἀναβλέπω, *sursum video*, ἀνέρχομαι, *ascendo*, ἀναζητέω, *pervestigo*, *diligenter inquiro*. Reliqua Lectio Autorum suppeditabit.

Duos regunt Casus, Genitivum & Accusativum.

Διά, κατὰ, μετὰ, ὑπέρ.

Si Διὰ præcedat Genitivum, *per præque* notabit,
Sin Accusanti præmittas, *propter*, habebis,

Præposſ. quæ Gen. & Accuſ. regunt.

Causam Efficientem, Act. 3. 16. δι' οὗ ἐλάβομεν, *per quem accepimus*,

Cau-

διὰ. 1. Διὰ. Cum Genitivo.

Per, & notat vel

- Causam Instrumentalem Diod. l. 19. διὰ τῶν κριῶν ἐσάλευσε τὰς πύργας, *Arietibus concussit turres.*
- Causam Formalem. Roman. 5. 18.
- Causam Finalem. Nazianzen. δι' ἡμᾶν τὴν ἀνθρωπότητα ΘΕΟΣ ὑπέςη, *nostri causa seu propter nos DEUS humanam naturam subiit.*

Ex, & notat Causam materialem: δι' ἀλφίτε πεποιημένος, *ex farina confectus.*

In, & dicitur 1. de ἐνυπάρξει seu inessentia, *ut* Plato: Διὰ φόϐων γίγνεσθαι, *in metu versari.* Apollon. διὰ ςόματος ἔχειν, *in ore habere* 1 Tim. 2. 15. *Salvabitur mulier* διὰ τεκνογονίας, *in filiorum generatione.* 2. de motu, *ut:* διὰ μάχης ἰέναι *in prælium ire.*

Post, & temporis terminum notat, *ut:* δι' ἐτῶν πλειόνων παρεγενόμην. *Post annos multos adveni.* Act. 24. 27.

Pro-

Cum Accusativo.

Propter, ut notetur Causa Meritoria, *ut:* Soph. Colon. p. 295. edit. Canteri. ἔχω, ἃ ἔχω, διὰ σὲ κοὐκ ἄλλον βροτῶν, *tuo merito & nullius alterius*. Sic dicimur justificari διὰ πίστεως, non vero διὰ πίστιν; Illud *Instrumentum*, hoc *Meritum* ponit.

Per, *ut:* διὰ νύκτα μέλαιναν, *per atram noctem*. Poët.

Nota 1. Διὰ quandoque cum Genitivo constructum exprimitur Latinis in Ablativo, quandoque per Adverbium, *ut:* διὰ μέλανος γράφειν, *Atramento scribere*, διὰ τάχους, *Celeriter*.

2. In Compositione notat vel *diversitatem*, *ut:* διασκορπίζειν, *dispergere*, vel *medium* per quod, *ut:* διαβαίνειν, *transire*; vel *continuationem*, *ut:* διαγνωρίζειν, *divulgare* Luc. 2. 17. vel *vehementiam* & *Excellentiam*, *ut:* διακαθαρίζειν, *perpurgare*. διακωλύειν, *obnixè prohibere*. διαισθάνομαι, *persentisco*. διαστρέφω, *perverto*.

At κατὰ cum Genito *de*, *post*, *contràque*, *supraque*.
Cumque Accusanti *tempus* vult atque *secundum*.

Contra, *ut:* τις καθ᾽ ἡμῶν; *Quis contra nos?*

De, κατὰ τῶν πετρῶν ῥίπτειν. *De saxis dejicere.* κατὰ

τῆς

κατὰ. 2. κατὰ.

Genitivo.

τῆς ἀρετῆς φραςέον, de virtute dicendum est.

In κατὰ γῆς πίπτειν. In terram cadere.

Per, κατὰ τῶν παίδων ὀμνύειν. Demost. jurare per caput liberorum.

Post, ut: κατὰ νώτȣ à tergo.

Sub. Luc. ἔδυ κατὰ γῆς, Descendit sub terram.

Accusativo.

Secundum, juxta, ut: Ε'υαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Euangelium secundum Matthæum.

Per, ut: κατὰ συμβεβηκὸς, per accidens, κατ' ὄρος, per montem, κατὰ πόλεις, per urbes, oppidatim.

Pro, ut: κατ' ἀξίαν, pro dignitate, κατὰ δύναμιν, pro viribus.

In, ut: κατ' ἀγοράν. In foro.

A vel post, ut: κατὰ νῶτον, A tergo.

Vires etiam notat, ut: ȣ κατ' ἐμέ, excedit vires meas. μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον. Plato.

Propter, ut: κατὰ τὰς ἀρετὰς, propter virtutes.

Nota I. κατὰ cum Genitivo & Accusativo *Adverbialiter* ponitur, *ut*: κατὰ τȣ̃ κρημνȣ̃, *præcipitanter*. κατ' ἄκρας, *penitus*. κατὰ καιρὸν, *opportunè*. κατὰ κράτος, *fortiter*. κατὰ κόσμον, *decenter*. κατ' ὄνομα, *nominatim*. καθ' ἕκαςον, *singulatim*.

II. In Illo: κατὰ τὸν ματθαῖον, τὸ κατὰ per Genitivum reddunt, sicut in Ebræo מזמר לדוד Psalm. Davidis. Syrus דמתי dicitur Matthæi.

III. Cum

III. Cum Articulo præcedente *Ad* notat in significatione *pertinendi*, vel certè *Periphrasi* inservit, *ut:* τὰ κατὰ τὴν πόλιν, *quæ ad urbem pertinent.* οἱ κατ' ἀγορὰν, (*causidici*) *qui circa forum versantur.* ἡ κατὰ βάθος πτωχεία, *profunda egestas*, 2 Cor. 8. 2.

IV. Apud Poëtas rarissimè regit Dativum.

V. Quandoque deest, *ut:* ὃν τρόπον *quemadmodum*, ὁδὸν θαλάσσης, Matth. 4. 15. pro καθ' ὁδὸν, *secundùm viam maris*, σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, Act. 18. 3. κατὰ τὴν τέχνην, *Erant quoad artem tabernaculorum textores.*

In Compositione oppositum quandoque est τῷ ἀνὰ, & significat κατὼ, ut: ἀναβαίνω, *ascendo.* καταβαίνω *descendo.* Quandoque *contra*, *ut:* κατακαυχᾶσθαι, *contra gloriari*, Rom. 11. 18. κατηγορεῖσθαι, *accusari.* καταφρονεῖν *contemnere:* Quandoque significationem intendit, *ut:* κατεσθίειν & καταφάγειν, *devorare.* κατανοεῖν, *probè considerare*, κατείδωλος, *Idolis refertus*, Actor. 17. 16. Syrus מליא פתכרא *plena idolis.* Quandoque Simplicis significationem retinet, *ut:* καταγγέλλειν, *nunciare*, καταθνήσκω, *morior*, κατακυριεύειν, *dominari.* Matth. 20. Explicatur enim Luc. 22. 25. per Simplex κυριεύειν. Et Homerus ait Iliad. μ. ού μὴ ἀκλεεῖς Λυκίην κατακοιρανέουσιν ἡμέτεροι βασιλῆες, *nequaquam inglorii Lyciam administrant, nostri Reges*, quod contra Bellarm. lib. 5. de Pontifice Rom. cap. 10. notandum.

Μετὰ.

Et μετὰ cum Genitivo est *Cum*, cum Accusante valet *post*.

Μετὰ 3. Μετὰ

- Cum Genitivo redditur per *cum*, *ut*: ἐςὶ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας. *Est quæstus magnus pietas cum animo sorte sua contento*. 1 Tim. 6. 6.
- Cum Accusativo
  - *Post*, & ferè tempus notat, *ut*: μετὰ τὴν ἑορτὴν, *post festum*. μετὰ τὸ δειπνῆσαι, *postquam cœnasset*.
  - *In* & *Inter*, *ut*: ἃ μετὰ χεῖρας ἔχοι. *Quæ in manibus haberet*.
  - *Ad*, *ut*: μετὰ δαίμονας ἄλλους, *ad Deos alios*. Il. α.

Nota 1. Construitur & cum Dativo, *ut*: Ὀρφεὺς μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύραν. *Orpheus manibus Lyram tenens*.

2. Μετὰ cum suo Casu exponitur Adverbialiter, μετ' ἀνάγκης *necessario* μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν, *audacter*.

3. Servit Periphrasi Hominis, οἱ μετ' ἀνάγκης, *necessario*. μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν, *audere*.

4. Servit Periphrasi Hominis, *ut*: οἱ μετ' αὐτοῦ, *Socii ejus*. Xenoph. αἱ μετὰ λόγου δυνάμεις, *Rationis participes facultates*, οἱ μεθ' ὑμᾶς, *posteri*.

5. In Compositione Simplicis significationem fere retinet, & significat *Dum* vel *Post*, *ut*: μεταδαίομαι, *convivor*, μεταμέλεσθαι, *post rem aliquam malè perpetratam anxium esse & solicitum*. Quandoque verò est *Trans*, *ut*: μεταβαίνειν, *transcendere*, μετασχηματίζειν, *transfigurare*. Unde B. Luth. Tom. 1. Jen. Lat. fol. 80. μετανοεῖν per *transmentari* reddidit. Quandoq; interpositionem notat,

ut:

ut: μετακόσμια intermundia, ut Cic. vocat. μετώπιον, *spacium inter supercilia, &c.*

ὑπὲρ. ὑπὲρ.

Hinc ὑπὲρ ad Genitum signat *pro*, *deque*, *superque*.

Cumque Accusanti *supra* designat & *ultra*.

4. ὑπὲρ cum
- Genitivo.
  - Pro, Demosth. μᾶλλον δ' ἐγὼ τῦθ' ὑπὲρ σῦ ποιήσω, *Quin ego pro te hoc faciam.* ἵνα ὑπὲρ σῦ διακονῇ μοι, *ut tui loco ministret mihi.* Epist. ad Philem. v. 13. Notat verò in hac significatione & *commodum.* Sic φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος, *timere alicui.*
  - Propter, *ut:* ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, *propter bonum animi propositum.* Philipp. 2. 13.
  - Super & Supra, *ut:* ἔςη ὑπὲρ κεφαλῆς, *Supra caput astitit.* ὑπὲρ γῆς. *Supra terram.*
  - De, *ut:* ὑπὲρ σεαυτῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμιον, *De te ipso ne dixeris encomium.* 2 Thess. 2. 1. ὑπὲρ παρυσίας τῦ Κυρίυ, *de adventu Domini.* Vide sis Flac. part. 1. Clav. Scriptur.
- Accusativo.
  - Supra, ultra, *ut:* ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, *supra peram sapere.* Prov.
  - Præter, ὑπὲρ μόρον, *præter fatum.*

Nota. 1. ὑπὲρ cum Genitivo τοῦ & Infinitivo eleganter ponitur, & Latinè per Cauſam Finalem redditur, *ut:* ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν καλῆς δόξης πολλοὶ σπουδαῖοι ἄνδρες θνήσκειν ἠθέλησαν. *Ut gloriam conſequerentur, multi boni viri mori voluere.*

2. Caſu carens adverbiaſcit 2 Cor. 11. 23. ὑπὲρ ἐγὼ, *præſtantius ego ſum.*

In Compoſitione præter ſignificationes Simplicis habet & vim *augendi*, & *comparandi* & *vitiandi*, *ut:* ὑπερεχθαίρω, *ſupra modum odi.* ὑπερλίαν, *vehementiſſimè.* ὑπεράνθρωπος ἀνὴρ, Lucian. *excellentior homine:* ὑπερφίαλος, *fœdifragus.* ὑπεροψία, *deſpectio.* Sic Sueton. in Aug. *Superfeſtinatas nuptias* dixit.

Præpoſ. quæ G. D. &. Accuſ. regunt.

Cum tribus Caſibus, hoc eſt, Genitivo, Dativo, & Accuſativo conſtruuntur.

Α᾽μφὶ, περὶ, ἐπὶ, πρὸς, παρὰ, ὑπό.

Α᾽μφὶ, περὶ, *præ*, *pro* Genito *de* juncta notabunt.
Et *circum*, *propter*, *de* Danti juncta notabunt.
Accuſativus, *In*, *propter*, *circiter*, *erga*.

ἀμφὶ & περί.

Genitivum.
- Circum, *ut:* τοῖς ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλιος οἰκέουσιν, *iis, qui circa hanc civitatem habitant.* περὶ σπείους, *circa ſpeluncam* Hom.
- De, *ut:* περὶ ψυχῆς, *de anima,* ἀμφὶ οὐρανοῦ, *de cœlo.* Luc.
- Pro, Propter, *ut:* τῆς δ᾽ ἀμφὶ δύην ἐμόγησε. Apoll. *Propter hanc perpeſſus eſt infortunia.* περὶ ψυχῆς μάχεσθαι

σθαι. *Pro anima pugnare.*

περὶ καλȣ̃ ἔργȣ, *propter bonum opus.* Joh. 10. 33.

Præ, περὶ ἁπάντων. *Præ omnibus.*

I. Ἀμφὶ & περὶ constructione & significatione conveniunt, & regunt vel

- Dativum
  - Circum, *ut:* περὶ τῇ δέρῃ. *Circa collum.* Xenoph.
  - De, *ut:* ἀμφὶ τῷ θανάτῳ αὐτῆς. *De morte ejus.*
  - propter, *ut:* ἀμφὶ αὐτῇ, Luc. *propter ipsam.* περὶ αὐτοῖς, *propter eos.*
- Accusativum
  - Circa, Circum, *ut:* ἀμφὶ τὴν πόλιν, *Circa urbem.* περὶ τὰ φοβερὰ, *Circa terribilia.*
  - Circiter, *ut:* ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη, *Circiter annos quinquaginta.* περὶ τριακοσίȣς. Thuc. *Circiter trecentos.*
  - In, Erga, *ut:* Τοιȣ̃τος γίνȣ περὶ τȣ̀ς γονεῖς, οἵȣς ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτȣ̃ παῖδας. *Talem te præbeas erga tuos parentes, quales tuos liberos erga te esse cupis.* Isocrates.

Nota. 1. Ἀμφὶ & περὶ cum Accusativo præcedente Articulo inserviunt *Periphrasi*, *ut:* οἱ περὶ

τὰ ἱερὰ, *qui Sacra tractant*, τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, *res Divinæ*. τὰ ἀμφὶ ἄριςον, *quæ ad prandii adornationem pertinent*. Personales vero hæ circumscriptiones triplicem sensum habent. Interdum enim soli *asseclæ* alicujus notantur, *ut* Euseb. τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, *satellitibus*, οἱ περὶ αὐτὸν, *socii*. Interdum *Persona Princeps*, *ut*: ἐληλύθησαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, Joh. 11. 19. *venerunt ad Martham & Mariam*. vid. Possel. p. 194. Sic οἱ ἀμφὶ Κορινθίους pro οἱ Κορίνθιοι, *Corinthii*. οἱ περὶ πρίαμον, *Priamus*. Interdum *princeps cum suis sectatoribus*, *ut*: οἱ περὶ Κῦρον, *Cyrus cum suis*. τοὺς περὶ Ἀρκεσίλαον, *Arcesilaum cum suis sectatoribus*.

2. In Compositione 1. præter significationem Simplicis ipsum περὶ intendit, *ut*: περικαλλὴς, *perpulcer*, περίλυπος, *valdè tristis*. 2. acquisitionem notat, *ut*: περιποιεῖν τὴν ῥόδον τῷ βασιλεῖ. Demosth. *Redigere Rhodum in potestatem Regis*. 3. Vitiat, περιεργάζομαι, *inaniter satago*, *&c*.

ἐπὶ.

ἐπὶ.

Sic ἐπὶ cum Genito *super*, *in*, *per*, *versus*, *ad*, *erga*,
Post, *super* & *propter*, *penes* indicat addita Danti.
Accusans *super*, *in*, *versus*, *propterque supraque*.

Genitivo.
- Super, *ut*: Θεοῦ διδόντος καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, *Deo dante naviges etiam super vimine*.
- Sub, *ut*: ἐπὶ κρόνου Lucian. *sub Saturno*.
- In, *ut*: ἐπὶ ξένης εἶναι, *in peregrinatione esse*.
- Coram, *ut*: ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων. Lucian. *Coram tot testibus*.

Ad,

E'πὶ cum

Ad, *ut:* ἐπὶ σκοπῦ τοξεύειν, Luc. *Ad scopum jaculari.*

Versus, ἐπ' οἴκȣ, *domum versus.*

Penes, ἐπὶ τοῦ δήμȣ ἔςω ἡ κρίσις, *Sit penes populum judicium* Dionys. Halicarn.

Erga, *ut:* ἐπὶ τῶν δεομένων πρᾶος, Chrysost. *mitis erga egentes.*

Per, *ut:* ἐπὶ σχολῆς, *per otium.*

Cum, *ut:* ἐπὶ πολλῆς ἐξȣσίας, *Magna cum potestate.* Halicarn.

Dativo.

Super, *ut:* ἐφ' ἵππῳ, *super equo.*

Ad, *ut:* ἦν ἐπὶ ποταμῷ. Thucyd. *Erat ad fluvium.*

Penes, *ut:* ἐπὶ σοὶ ἔςαι, *penes te erit.* Xenoph.

In, *ut:* ἐγένοντο ἐπὶ τῇ πόλει κινήσεις. Halicarn. *Seditiones ortæ sunt in urbe.*

Post, *ut:* τίς πρῶτος; τίς δὲ ἐπὶ πρώτῳ; *quis primus? & quis post primum?* Eurip.

Præter, *ut:* ἐπὶ τῷ σίτῳ ȣ̓δὲν ἄλλο ἔχειν, Xenoph. *Præter victum nihil aliud habere.*

Propter, *ut:* ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει, Xenoph. *Hæc facere propter lucrum.*

Super, *ut:* καθέζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑςίαν, *Sedere super focum.* Thucyd.

Supra, *ut:* πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλη.

Accusativo
- χεῖλη, *Latus nasus supra labra.* Theocr.
- Ad, *ut:* ἐπὶ δεξιάν, *Ad dextram.*
- Versus, *ut:* ἐπ' οἶκον, *Domum versus.*
- Adversus, *ut:* ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιςὰς ἀσκεῖν. Isocr. *Exercere contra antagonistas.*
- In, *ut:* ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν, *In buccam venire.* Halicarn.
- Propter, *ut:* πρὸς σὲ ἦλθον ἐπ' ἀργύριον. Xenoph. *Veni ad te propter argentum.*

Notæ. 1. Inservit Periphrasi, *ut:* τὰ ἐπὶ μέρους, *particularia.* οἱ ἐπὶ Ἀντίγονον, *Comitatus Antigoni.* τὰ ἐφ' ἡμῖν, *Quæ penes nos sita sunt.* ὁ ἐπὶ θανάτῳ, *Capitis reus,* ἐπὶ τῶν ἱππέων, *Equitum Magister.*

2. Quandoque abundat, *ut:* ἐπὶ τρὶς, *ter,* ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, *Tuâ istâ notitiâ.* Et adverbialiter reddendum, *ut:* ἐπ' ἀληθείᾳ, *Verè.*

3. In Compositione significat Ad, *ut:* ἐπισπάομαι, *attraho.* ἐπιτυγχάνω, *assequor.* In, *ut:* ἐπιγράφω, *inscribo.* ἐπιβάλλω, *injicio.* Super, *ut:* ἐπιοικοδομεῖν, *super ædificare.* ἐπιδιατάσσεσθαι, *ultra* vel *amplius ordinare,* seu *ordinando & disponendo superaddere.* Contra, *ut:* ἐφοπλίζεσθαι, *armare contra aliquem.* Proclivitatem innuit, *ut:* ἐπικίνδυνος, *periculosus.* ἐπίνοσος, *morbis obnoxius.* Auget Simplicis significationem vel minuit, & quandoque vitiat, *ut:* ἐπισπεύδω, *incito.* ἐπίλευκος, *aliquantum albus.* ἐπιορκεῖν, *pejerare, &c.*

πρός.

πρὸς. *A, coram, contra,* jurat πρὸς cum Genitivo.

Dati-

Dativ. positum est *ultro* ac *apud*, *ad*, *prope*, *præter*.
Comparat Accusans, *contra* signabit *ad*, *inter*.

πρὸς cum
- Genitivo.
  - A, Ab, *ut*: πρὸς Θεȣ̃ ἀγαθὰ, *A Deo bona*. ἐλεύθερον εἶναι πρὸς πατρὸς, Æschyl. in Ctesiph. *Liberum esse à Patre*. πρὸς ἡμῶν ἐςι, Thucyd. *A nobis est*, id est, *pro nobis*. (Cum Genitivo personæ notat Officium, *ut*: πρὸς ἀνδρός ἐςι νȣ̃ν ἔχοντος, *est viri prudentis*.)
  - De, ex, *ut*: χρηςȣ̃ πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ὑπονόει κακόν. Epict. *De bono viro nihil suspiceris mali*.
  - Contra, *ut*: πρὸς ἐχθρȣ̃ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον, *Contra inimicum ferens suffragium*. Halicarn.
  - Coram, *ut*: πρὸς Θεȣ̃ καὶ ἀνθρώπων ἀναίτιος. Synes. *coram DEO & hominibus innocens*.
  - Per, *ut*: πρὸς, τοῦ Διὸς καὶ τοῦ ἔρωτος αὐτȣ̃, *per Jovem perque ipsius amorem*. Tatius lib. 1.
  - Cum, *ut*: πρὸς ἀγαθȣ̃ εἶναι. *Cum utilitate esse*.
- Dativo.
  - Ad, *id est*
    - Prope, apud, *ut*: ὁ Πέτρος εἱςήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω, *Petrus stabat ad ostium foris*. πρὸς τῷ τέλει τȣ̃ βίȣ, *sub finem vitæ*.
    - Præter, ultra, *accessum significans*, *ut*: πρὸς τȣ́τοις, *ad hæc*.

Accusativo.

In, *ut:* πρὸς ταῖς ἀγκάλαις τὰ παιδία κομίζειν, *in ulnis gestare pueros.*

Ad, *ut:* οὐδὲν πρὸς ἐμὲ, *nihil ad me.*

Apud, *ut:* διαβάλλει ἡμᾶς πρὸς Θεὸν, καὶ πάλιν ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλους. Chryf. *Traducit nos apud Deum, & rursum alteros ad alteros.*

Præ, *ut:* σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα, Plat. *Parva fuerint præ hisce.*

Contra, *ut:* πρὸς κέντρα λακτίζειν, *Calcare contra stimulum*, πρὸς οὓς, *Contra quos.* Joh. 10. 35. Vide Heinsii Aristarch. c. 23.

Erga, *ut:* ἡ πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπία. Lucian. *Humanitas erga peregrinos.*

Cum, *ut:* Prov. πρὸς ῥόδα Ἀνεμώνη *Anemone comparatur cum rosis.*

In, *ut:* πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιρρεῖ. Basil. *in pejus ruit.*

Inter, *ut:* τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας τεκμήριον. Isocr. *Amicitiæ inter nos signum.*

Secundum, *ut:* πρὸς τὸ πνεῦμα πέτονται. *Volitant secundum ventum.*

Penes, *ut:* πρὸς ἡμᾶς ἐστὶν, *in nostra potestate est.*

Pro, *ut:* πρὸς τὸ ἀξίωμα, *pro dignitate.*

Circa, circiter, *ut:* πρὸς ἑσπέραν ἐστί. *Circiter vesperam est.*

Nota,

Nota. 1. πρὸς præcedente Articulo inservit Periphrasi, *ut:* οἱ πρὸς αἵματος, *consanguinei.* οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, *pocillatores.* τὰ πρὸς θεὸν, *Res divinæ.* τὰ πρός τι, *Relata.*

2. πρός cum Accus. Adverbialiter quandoque reddendum, *ut:* πρὸς βίαν, id est βιαίως, *violenter.* πρὸς καιρὸν, *tempestive,* πρὸς ἀκρίβειαν, *accuratè.*

3. In Compositione significat Ad, *ut:* προσεγγίζειν, *appropinquare,* προσέρχεσθαι, *accedere.* Studium, *ut:* προσκείμενος παντοδαπαῖς ἀκολασίαις, *Omnis generis petulantiæ deditus.* Diminutionem, *ut:* προσψαύω, *leviter tango.* Vicinitatem, *ut:* προσομιλέω, *conversor.* Aliam quandoque significationem induit Simplici, *ut:* ἥκω, *venio,* προσήκει, *decet.* Rarius significationem intendit, *ut:* πρόσπεινος, *valdè esuriens.* Act. 10, 10.

παρὰ.

A, de, ex, præ referet παρὰ *supra* cum Genitivo.
Ast *prope*, *apud* referet παρὰ cum præmissa
Dativo est.
Propter, ad, Accusans *præter, contraque* notabit,

Genitivo.
- A vel ab notando plerumque motum à Persona, *ut:* λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος, *Accipe & à servo consilium, si sapit.* Phocylides.
- Ex, *ut:* λόγος παρ' ἐχθροῦ, *Sermo ex hoste.*
- Præ, *ut:* Παῦλος παρὰ πάντων θεολόγων τυγχάνει, *Paulus excellit omnes Theologos.*
- Præter, *ut:* οὐδὲν παρὰ λόγου

ποιεῖ

ποιεῖ σοφός, *Nihil præter rationem facit sapiens.*

παρὰ | De, *ut:* παρ' ἐμαυτȣ̃ ἀναλώσας, *de meo sumptus faciens.*

Cum Dativo vicinitatem notat, & exponitur *apud*, *prope*, *juxta*, *ut:* παρὰ τῷ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστιν, *Apud DEUM omnia possibilia sunt.* Inter, *ut:* παρ' οἴνῳ. *Inter pocula.*

Accusativo.
- Ad, notando motum ad Personam, *ut:* δεῦρο παρ' ἡμᾶς, *Veni ad nos.*
- Juxta, prope, ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιόν. Arist. 1. Rhet. *Semper graculus apud graculum.*
- Per, παρ' ὅλον τὸν βίον, *per omnem vitam.*
- Inter, *ut:* παρὰ τὸ δεῖπνον, *Inter cœnandum.*
- Præter, Contra, *ut:* παρὰ τὸ πρέπον, *præter decorum.* παρὰ φύσιν, *contra naturam.*
- Pro, *ut:* παρὰ ȣ̓δὲν ἡγεῖσθαι, *pro nihilo ducere.*
- Propter, Ob, *ut:* παρ' ἕνα ἄνθρωπον. Antiph. *propter unum hominem.*
- Præ, *ut:* παρ' αὐτȣ̀ς, *præ illis.*

Not. 1. παρὰ inservit Periphrasi, *ut αἱ παρὰ Θεῶν τιμωρίαι. Supplicia, quæ à Deo immittuntur.* οἱ παρ' αὐτȣ̃. *Qui ab eo erant*, id est, *qui ad eum attinebant.*

Sic

ic Cic. *Qui erant à Platone*, pro *Platonis secta-*
res, *τὰ παρὰ νόμων*. *Quæ sunt contra leges.*

2. In Compositione significat Ad, *ut*: *πα-ραγίγνομαι*, *adsum*. Præter vel trans, *ut*: *πα-ραβαίνω*, *transgredior*. Comparationem: *ut*: *παραβάλλω*, *confero*. Perperam, male, negligenter, *ut*: *παρακούω*, *perperam audio*. *παροράω*, *nimis oculis aspicio*. Auctionem, *ut*: *παραδειγμα-τίζειν*, *publicæ infamiæ exponere*, Beza in cap. 1. Matth. *παράτολμος*, *nimium audax*. *παραβάλλο-μαι*, *projectâ audaciâ pericula adeo*. Diminutionem, *ut*: *παρακύπτειν*, *paululum inclinare*. *παρόμοιος*, *aliquantum similis*. Clam, *ut*: *παρεισβάλλω*, *latenter invado*. *&c.* Budæus, Commentar. linguæ Gr.

ὑπό.

Cum Genitis ὑπὸ *sub*, *præ*, *per*, signabit *ab*, *ex*, *de*. ὑπὸ.

A, *coram*, *sub*, *cum*, *ex* ὑπὸ Indicat addita Danti.

Accusativis junctum, *sub*, *subter* & *infra*.

Genitivo.
- Sub, notando locum aut integumentum, vel subjectionem, *ut*: ὑπὸ γῆς, *Sub terra*.
- A, Cum Neutris & Passivis. Aristoph. *ut*: ὑπὸ χρηστῶν ἄγομαι, *A creditoribus vexor*.
- Ex, De, *ut*: ὑπὸ συνθήματος, *De composito*.
- Præ, notando causam, *ut*: ὑπὸ σπουδῆς, *Præ diligentia*.

Per,

ὑπὸ cum

Dativo:
- Per, *ut:* ὑπὸ σκότȣς, *per tenebras.*
- Sub, *ut:* ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖον τινα πίθηκον περιςέλλει, Lucian. *Sub pelle leonina ridiculam tegit simiam.*
- A, ab, *ut:* πίπτειν ὑπ' ἀνδράσι, *Prosterni à viris.* Redditur Ablat. *ut:* ὑπὸ χερσὶν δαμείς. *Manibus domitus.*
- Coram, *ut:* λέγω ὡς ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι. *Dico tanquam coram Deo teste.*
- Ex, *ut:* ὑπὸ τραύματι ἐταλαιπώρει, Halicarnass. *Malè habebat vulnere.*
- Cum, *ut:* ὑπὸ φωτὶ πολλῷ. Plutarch. pro φωτὸς πολλȣ̃, *Multo lumine.*

Accusativo:
- Sub, Subter, *ut:* ὑπὸ γῆν, *sub terra.* ὑπὸ νύκτα, *sub nocte.*
- Ad, *ut:* αἴσχιςος ἀνὴρ ὑπὸ ἴλιον ἦλθε. *Omnium turpissimus ad Trojam venit.* Homer.
- Infra, *ut:* ὁ μὲν ὑπεράνω, ὁ δ' ὑπ' αὐτὸν, Lucian. *Alter supra, alter infra ipsum.*

Nota. In Compositione non tantùm *sub*, respectu subjectionis & ordinis significat, sed & vitiat, *ut:* ὑπεξέρχομαι, *subduco me*, ὑφαρπάζω, *clam rapio.* Minuit, *ut:* ὑπόλευκος, *subalbidus.* Vacat, *ut:* ὑποκάτω, idem, quod κάτω, *infra.* Extenuat, *ut:* ὑποπνεύσαντος τȣ̃ νότȣ. *Austro aliquan-*

uantulum aspirante. Sed de his & similibus onsulendus Cl. Guilielmus Budæus.

SYNTAXIS.
CONJUNCTIONUM.

I. Ὅταν *&* ὁπόταν, *Quum, quandoquidem, quando*, Conjunctivo gaudent potissimum; rariùs Indicativo vel Optativo, *ut:* ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς Matth. 5. 11. *cum probra jecerint in vos.* ὅταν νηστεύητε, Matth. 6. 16. *cum jejunaveritis.* μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζώμεθα, *insanimus omnes, quando rati sumus.* vid. Possel. in Synt. Conjunct. p. 278.

II. Conditionales, ἄν, ἤν, *Si*, & Composita ἐάν, ἐάνπερ, ἐπάν, ἐπειδάν. *Si, quando, cum,* Conjunctivum adsciscunt: In re Præterita vero Indicativum: quædam in re Præsenti Optativum, non autem in re Futura. Rhen. in Gramm. εἰ, *si*, habet Indicativum & Optativum.

III. κἄν Conjunctivum, rarius in re Præterita Indicativum habet, *ut:* κἄν θανάσιμόν τι πίνωσιν. Marc. 16. 18.

IV. Conjunctiones Causales ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὅπως, μή, in re præsenti aut futura frequenter Conjunctivum aut Optativum, in re præterita, aut quæ fieri debuisset, ut plurimum Indicativum regunt. Exempla hinc inde in Analysi occurrent. Επεὶ & ἐπειδὴ, *postquam.* Indicativo juguntur. Ὅτι Indicat. & Optativum adsciscit.

ὡς habet & Infinitivum, *ut:* ὡς ἔπος εἰπεῖν. *Ut uno verbo dicam.* ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν. Dicitur absolutè: συνελόντι. supra p. 302.

μή tamen eleganter etiam cum Infinitivo collocatur, μὴ εἶναί σε σκύθρωπον, *ne sis tetricus.*

V. ὥστε,

V. ὥςε, quando *ut* significat, habet plerumque Infinitum, rariùs Indicativum, ita quidem, ut ante Infinitivum Accusativus frequentissimè præcedat. Sic ὡς etiam cum Infinitivo ponitur, *ut*: ὡς εἰπεῖν, *ut dicam*, ὥςε ἐπιπίπτειν αὐτῷ, Marc. 3. 10. *ut irruerent in eum*. ὥςε ἐκπλήττεσθαι αὐτὲς, Matth. 13. 54. *ut stuperent*.

Reliqua usui committenda.

Τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα καὶ τιμὴ εἰς αἰῶνα, ἀμήν:

Placuit nonnulla hic adjicere, quæ & ad cognoscendas Syllabarum Quantitates manuducere queunt, & in multis discentium profectibus inservire. Alii his nixi, plura & eruditiora dare poterunt, Nobis & ob Officium plura dare haud licuit.

APPENDIX I.

De Cognoscenda Syllabarum Quantitate.

De LONGIS.

Vocalium Divisio in Longas, Breves, & Ancipites supra tradita est pag. 3.

Omnis Vocalis naturâ Longa aut Diphthongus ob sequentem vocalem vel Diphthongum corripitur, quandoque in Dictionis fine, & principio, rarius in medio.

In Medio: μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιὲς, *Ne fugiatis senibus relictis*. ποιεῖν υ - *ap*. Hom. σίτοιο - υυ, *cibi*. βέβληαι - υυ, *vulneratus es*. ζωὸς υυ, *vivus*. δηΐοιο υυ - υ, *hostilis*. ap. eund.

In

In fine: ὁ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Jupiter quidem modo serenus est, modo pluit. Longæ corripiuntur.

A principio: οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόεργος, *Neque enim Dryantis filius fortis Lycurgus.*

Nota: (1.) Correptio Longæ ante Vocalem Longam vel Brevem non fit necessario, præcipuè in medio, ubi nec absque probati Auctoris exemplo tale quid tentandum erit. ἰὸς ἐν γαίῃ κατέπηκτο, *sagitta in terra defixa est*, Hom. Iliad. X.

Sic: ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος. Id. *qui bellum amat intestinum, asperum.*

Hic Diphthongus ου in priori producitur, in posteriori corripitur.

(2.) In fine corripiuntur quandoque Diphthongi αι & οι, utut sequatur in altera dictione Consona. Notanda tamen hæc potius sunt, quam imitanda, sicut & illa, in quibus Sigma post vocalem longam vel in Positione eliditur, & Syllabam Brevem relinquit, quorum congeriem vide apud F. Nans. in Notis ad Nonn. c. 13. n. 83. de quo infra de Brev. not. 3. Hom. εἰδέ κεν οἴκα δ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, *Quod si domum venero in caram patriam.* vide iterum Nans. ad cap. IX. Nonni v. 189. Casaub. c. 18. Lect. Theocrit. Daniel Parei Comment. ad Musæum. p. 121. Hesiod. Ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ λήγουσαι θ' ἅπαντες. *Incipientesque canunt Deæ & finientes omnes.* Ita οἰδ' apud Pindarum corripitur, pro quo perperam contra Scholiastæ librorumque fidem Canterus ἰδ' reponit. Fit hoc per Figuram *Systolen:* ut, ubi Breves producuntur, est *Ectasis* aut *Diastole.*

(3.) Vo-

(3.) Vocalis ante Vocalem non eliditur, *ut in* Lat. Carmine fieri amat, nisi id fiat per Apostrophum.

(4.) Vocalis Brevis, ante aliam Vocalem & Diphthongum quandoque fit communis, *ut:*

βάλλομεν, ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλέονος ὄλβω,

Bion. ubi ε in πλέονος producitur. alii legunt πλήονος.

De Brevibus.

Breves, uti & Ancipites α, ι, υ, correptæ produci possunt.

Positione. 1. Positione, quæ apud Græcos locum etiam habet, quando duæ Consonantes vel Duplex in sequentis Vocis initio occurrunt, ut:

τῶ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Cujus ex ore melle dulcior fluebat vox.

Nota. 1. Positio negligi potest, quando Consonantes Positionem efficientes in altera collocatæ sunt Voce, ut: Iliad. Φ. 124. — Ἀλλὰ Σκάμανδρος Οἴσει δινήεις. *Sed Scamander verticosus abripiet sc. te.* — Νόμον διέταξε κρονίων Hesiod. *legem sanxit Saturnius.*

2. Muta cum Liquida Vocalem Brevem præcedentem reddunt Ancipitem. Idque tam in una, quam in diversis Vocibus. Imitantur autem naturam Mutæ & Liquidæ μν. πτ. κτ. *ut :* ὅπλα, *arma.* ἴχνος, *vestigium*, τυφλός, *cæcus.*

ἀκρονυκέφαιος υυ υ, *vespertinus.* Hesiod. sic in ἀπάλαμνος, *ignavus.* apud eund. α ante μν. δάκτυλος

ις, prima apud Hom. αἰγυπτίȣς, ap. eund. & γυπτίῃσι υ ante πτ apud Theocr. corripiuntur. κατὰ φρένα, ultima in κατὰ longa aut brevis.

Quod si divisim Muta & Liquidâ sumuntur, l est, ad diversas pertinent Syllabas, planè longa est præcedens Vocalis, id quod & apud Lanos fit, ut: *abluo*, *obruo*, *&c.*

Apud Græcos frequenter liquescunt Liquidæ, Mutis etiam antepositæ, *ut* ν ante τ: Il. x. v. 84. τῶν μνῆσαι φίλε τέκνον ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα, *Horum recordare dilecte fili, fuge vero inimicum virum.* ρ *ante* π: *Orpheus Argonaut.* v. 86. παρθενίης ἀταρπȣς, ἐπιήρατον ἡρώεσσιν, *parthenii (maris) vias, amabile heroibus.*

ν ante κ: Iliad. α. 370. Ἀλλ' ἐγὼ ἐδὲν σε ῥέξω κακὸν καὶ δέκεν ἄλλον. *Sed ego nullo te malo afficiam, verum alium.*

ν ante χ: Hesiodus ἔργ. 342. εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώριον ἄλλο γένηται, *Si enim res aliqua fortuita eveniat.* Sic ν ante θ, μ ante φ, σ ante κ &c. quorum exempla aliunde petantur.

2. Consecutione, quæ Breves quandoque producit. Consecutione.

1. Ante solam Liquidam, vel in eadem vel in diversa Dictione, *ut*: Iliad. α. v. 4. Ἀυτȣς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι, *Fecit ipsos escas canibus.* Hymn. in Mercur. v. 499. θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε, *Deus a. melos cecinit.* Sic Persius: *cantare credas Pegaseïum melos.* quod imitatus etiam Eobanus Hessus in versione Syringis Simmianæ. vide tamen Politian. c. 44. Miscell. cui respondit Scoppa lib. 1. cap. 34. Collect.

Iliad. ε. 31. Ἄρες, ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε, *Mars, Mars, homicida* add. Martial. IX. Ep. 12. Cujac. XVI. Cap. 6. Observation.

Iliad ε. 358. Πολλὰ λισσομένη. - *multa precans.*

2. Ante Consonantes, δ, χ, σ, & Monosyllaba δε, κε, γε, νυ, τοι, &c. ut Iliad. μ. 244. τύτε σὺ δέδοικας πόλεμον, *cur tu times bellum?* ubi δε ante δ producitur. Sic: τέρπεται παρεὼν ἅμα-- *Delectatur simul præsens.* ubi πε, extenditur ante π. adde Politian. cap. 71. Miscell.

Trium vel plurium concursu.

3. Ubi tres vel plures Breves concurrunt continuatæ in aliquo Vocabulo, una ex iisdem producitur, ut:

Ἀθάνατος, *immortalis*, ἀπονέεσθαι, *redire*. πριαμίδης, *Priamides &c.* Vide de Longis Dist. 4.

Σ μοναδικὴ Litera liquescit quandoque non tantùm in fine, sed & in medio, *ut:* Odyss. α. 47. ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅςις τοιαῦτά γε ῥέζοι. *Sic pereat & alter, qui talia fecerit.* Iliad. ψ. 494. Virgil. *Inter se coiisse viros & decernere ferro.*

Cæsura.

4. Cæsura Vocales Breves; sive nudè positæ, sive cum Consonante fiunt Longæ. Iliad. β. 24. & 61.

ὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, *non decet per totam noctem dormire consiliarium.*

Nota: Cæsura apud Græcos locum habet non tantùm post primum, secundum, tertium ac quartum Pedes, sed etiam post quintum, in Sexti nimirum Pedis initio, secus apud Latinos fieri amat, ubi probantur vel maximè semiquinaria saltem, nec non semiseptenaria, id est, Syllabæ post duos aut tres priores Pedes remanentes.

De

De Ancipitibus.

Ancipi-tes.

Omnis difficultas in cognoſcenda Syllabarum Quantitate reſidet in Ancipitibus, α, ι, υ, quæ, cur ita dicantur, ſupra annotatum eſt p. 3. Cognoſcitur verò Quantitas harum Vocalium.

I.

Accentu. 1. Omnis Anceps Circumflexum ſuſtinens longa eſt, *ut:* ἡμῖν, πᾶσα, δῦμι, *ſubeo.* Accentus quantitatem docet.

2. Antepenultima acuta, vel Penultima circumflexa Ultimam brevem habent. θεράπαινα, *ancilla.* εὔχαρις, *gratus.* ὁ πέλεκυς, *ſecuris.* μῦσα. βῆμα, *ſedes.* κλῦμι, *voco*, πῆχυς, *cubitus.* Excipiuntur Attica πόλεως, πόλεων, & Diphthongi αι & οι, de quib. vid. p. 78. n. 5. & p. 3. nota.

3. Ultima brevis eſt, quando Penultima circumflectitur. ἡ μοῖρα *parca.* ςῆθι, *ſta.* πῶϋ, *grex.* αὖλαξ, *ſulcus.* non impeditur Duplici ſ. Poſitione. p. 63, 64.

4. Penultima natura longa acuta, in Polyſyllabis aut Diſſyllabis docet Ultimam eſſe longam. Sic ὥρα, *hora.* ἡ δυλεία, *ſervitus.* βασιλεία, *regnum.* ἁγία, *ſancta Fœm.* ἡμετέρα, *noſtra.* ἡ σοφωτέρα, *ſapientior.* De ἅγιος ἁγία & ſimil. α vide p. 87. diſt. IV. n. 1. p. 343.

5. Anceps Nominis Paroxytoni brevis eſt, ſi Ultima quoque brevis ſit, *ut:* τὸ ξύλον, *lignum*, φίλος, *amicus.* τετράκις, *quater.* ἡ λύσις, *ſolutio.*

II.

Contractione omnis Vocalis Longa fit, *ut:* πόλις pro πόλιες, *urbes:* Vide ſup. p. 86. Diſt. 3. n. 2. Sic ἱρὸς pro ἱερὸς, *ſanctus.* Contractio.

III.

Derivatio. Derivatione, quod fit & apud Latinos. Ut in Deductis, sic & Formatis. Quanta est Penult. Temporis, à quo aliud dependet, tanta est ista Syllaba etiam in formatis, *ut:* κρίνω, *judico*, ἔκρινον, κρίνομαι ἐκρινόμην, κρινόμενος, *i.* ubique producit. At κρινῶ κέκρικα, κέκριμαι, ἐκρίθην, Penult. corripit. Vid. seq. de Ancipit. in Verbis & p. 170. annot. 1.

λιον, *conchylium.* σκυλάω, συλάω, συλεύω, *spolio*
à σκῦλον & σῦλον, *spolium.* σφονδύλιον, *verte-
bra.* σφόνδυλος tamen & σφονδύλιος corri-
piunt υ. apud Nicand. παμφυλία, *Pamphylia.*
ὑλακόω, *latro.* ὑλακίδης, *Hylacides.* φυλείδης, *Pro-
pr.* φύλοπις, *pugna, prælium.* υ ante μ. ἀμυμώνη, μ.
Nomen Proprium Filiæ Danai. Derivata à θυ-
μὸς hujus primam, quæ longa est, imitantur.
κυμᾶνος, *Cumanus,* κυμαίνω, *fluctuo.* κρυμώδης,
frigidus. λυμαίνω, *purgo.* υ ante ν. βιθυνία, *Bythy-
nia.* γρύναιος, *Grynæus,* *Nomen Apollinis.*
υ ante π. λυπέομαι, *lugeo,* à λύπη. τρυπάω, π.
terebro. τρύπανον, τρυπάνη, *terebrum.* τρύπη-
μα, *foramen.* υ ante ρ. γυρόω, *curvo.* γυρῖνος, ρ.
ranæ species. κύριος à κῦρος. μύρια, *decem
millia.* μύραινα, *muræna.* πλημμυρέω, *æstu
inundo.* ὀδύρομαι, *lamentor.* κυρήνη, *Cyre-
ne, urbs & nomen scorti, quæ ab eventu turpi
dicta fuit* δωδεκαμήχανος. μύρομαι, *lugeo.*
πύραμος, *Propr. viri, non fluvii.* πυρα-
μὶς, *pyramus,* & à πυρὸς, *deductum placen-
tam* significat. πύρινος, *triticeus.* πυρίτης,
pyrites, πυρεύω, *inflammo,* & alia, quæ à πῦρ,

 dedu-

φ. deducta sunt. πυραίχμης, *pyræchmes*. σφύραινα, *Nomen piscis*. τυρόεις, *caseosus*. (τυρόεντα apud Theocrit. Idyll. 1. corripitur) τυρόω, *coagulo*. φυράω, *commisceo*. Communia sunt πυραυγὴς, *splendens instar ignis*. κυρέω, *adipiscor*. πυρίνη, *dicitur & πυρῆν ἦνος*, *olivarum ossiculum*. συρίζειν *syrissare*. Referunt hæc inter & φυράω, *macero*.

σ. Υ. ante σ. φυσάω, *sufflo* à φῦσα, *follis*. φυσίγναθος, *superbus*, *buccas inflans*. θύσανος, *fimbria*. ἠλύσιος, *inanis*. λυσίζωνος correpta cum reliquis ex λύω. Υ. ante τ. Ἀτρυτώνη, *Minervæ Epi-*

τ. *theton*. ἀϋτέω, *clamo*. φυτάλμιος, *sator Jovis Epitheton*. φυταλιὰ, *locus arboribus consitus*. υ ante

φ. φ. εἰλυφάζω, *torqueo*. at εἰλυφάω, breve est. τύφομαι & τυφῶμαι, *fumigo*, *superbio* à τῦφος, *superbia*. τρυφάω, *luxuriosè vivo*, anceps est, υ ante

χ. χ. βρυχανάω, *ejulo*. βρυχάομαι, *rugio*.

Figuras Versuum numerat Joh. Clajus quatuordecim, quæ apud ipsum & alios Grammaticos videri poterunt.

Prosthesis πρόσθεσις, adponit Literam, *ut*: σμικρὸς pro μικρὸς, *parvus*, quandoque & Syllabam; & dicitur in specie ἀναδιπλασιασμὸς, *ut*: ἀταρτηρὸς, pro ἀρτηρὸς, apud Homerum. *convitiatorius*.

Aphæresis superiori contraria est, *ut*: φῆν pro ἔφην, *dixi*, βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, *jactum esse*.

Epenthesis interponit in Medio vel Literam vel Syllabam, *ut*: ἐτήτυμος pro ἔτυμος, (Syllaba τη Poët. interposita,) *verus*, ὅττι pro ὅτι *quia*. πτόλις pro πόλις, *civitas*. ἐπεκραίαινε pro ἐπέκραινε, *perfecit* Iliad. β. & γ. Sic supra μηχανόωνται, *machinatur*.

chinatur. conf. Anteſignan. pag. 337. Imprimis verò pro extenſione Syllabæ *ι* additur ad *ε*, *ut*: τελείω pro τελέω, *perficio*. ad ο, *ut*: ποιά pro πόα, *pabulum*. ad α, *ut*: γεραιός pro γεραός, *ſenex*. ο ad υ, *ut*: εἰλήλυθα pro Attico ἐλήλυθα pro ἤλευθα, *veni*. υ ad α, *ut*: αὐτὰρ pro ἀτὰρ, *ſed*. ad ε, *ut*: χεύω pro χέω, *fundo*. ad ο, *ut*: οὔνομα pro ὄνομα, *nomen*.

Syncope tollit vel Syllabam, vel Literam è medio Dictionis, *ut*: κάμμορος pro κακόμορος, *infelix*.

Paragoge adjicit Syllabas in fine φι, σι, θα, vel ι, *ut*: μέσαισι pro μέσαις, vel ο, *ut*; μίνωο pro μίνω. Huc ν ἐφελκυστικὸν, de quo ſupra p. 35.

Apocope demit in fine vel vocalem, *ut*: ἄρ pro ἄρα, vel Syllabam integram, *ut*: κρῖ pro κρῖμνον, *farina craſſior*. τυπτέμεν pro τυπτέμεναι, *verberare*, ποσειδῶ pro ποσειδῶνα, *Neptunum*, νίφα pro νιφάδα, *nivem*.

Metatheſis Literæ transpoſitio, *ut*: κραδία pro καρδία, *cor*. ἔμμορε *pro* μέμορε, *diviſit*.

Ἀντίστοιχον literæ pro litera poſitio, *ut*: πρᾶτος pro πρῶτος, *primus*.

Diaſtole brevem producit. } *Uſus harum Figurarum ampliſſimus eſt.*
Syſtole longam corripit.

Diæreſis, ubi longæ in duas, aut Diphth. in ſuas Vocales diducuntur, *ut*: πάϊς pro παῖς, *puer*.

Synecphoneſis, quæ & σύζευξις & κρᾶσις dicitur, ubi in Scanſione una Vocalium abſorbetur. Sed quæ ſit differentia inter σύζευξιν & κρᾶσιν, Clajus dicit, & alibi exponetur.

Tmesis Dictionis aliis interjectis divisio, quæ plerumque fit in Compositis, ut Iliad. ξ. *κατὰ γαῖα κάλυψε* pro *κατεκάλυψε*, *terra operuit*.

Synalœphe, quæ cum Apostrophe coincidit, *συναλοιφή*. Sic Clajus ille Herzbergensis.

De his & aliis Figuris alibi dicetur cum DEO. Hic Clajum secuti sumus, ut saltem prægustum juniores rei haberent.

APPENDIX II.

De Particulis Poëticis Expletivis.

Placuit, quum magna sit in Particulis apud Poëtas elegantia, quas Expletivas appellant, huic exempla paucissima, quæ tutò sequi quilibet poterit, (ex Helvici de ratione conficiendi Græca carmina p. 28. seqq.) adponere.

Affirmandi Particulæ Expletivæ:

Cum Conjunctione καὶ.

καὶ ῥα, *καί νυ* & quidem.
καὶ τότε δή ῥα & tum quidem.
καὶ νυ κε δή ῥα & sanè.
καὶ νυ κε δὴ & sanè jam.
καὶ γὰρ δὴ etenim sanè.

Cum Adverbio ἦ.

ἦμαν sanè quidem.
ἤτοι ἤθην ἦ ῥά νυ sanè.
ἦπȣ certè quidem.
ἦγάρκε } certè enim.
ἤτοι μὲν γὰρ } certè enim.

ἔνθ᾽ ἄρα, ibi sanè, tum sanè.
ἦ μάλα δή, certè omnino, enim vero.

Cum Adverbio Δή.

δῆτοι, δή ῥα, καὶ δή (ab initio sententiæ) profectò.
δὴ γὰρ τότε tunc sanè.

Cum Conjunctione μὲν.

μὲν ἄρ, μὲν ῥα, μὲν γάρ κε, vel μὲν γάρ κεν, μὲν γὰρ δή.

Cum Conjunctione γάρ.

γάρνυ, γάρ ῥα, γάρ τοι, etenim.
μάλα γάρ νυ omnino enim.
καὶ γάρ θην etenim.

Duæ expletivæ.

νύτι, νύτοι.

Negandi Particulæ Electivæ.

Cum Adverbio ȣ̓ frequentissimè copulantur hæ.
ȣ̓̆τι, ȣ̓̆τοι, ȣ̓̆θην, ȣ̓ νύτι, non certè.
ȣ̓ μὰν & interdum ȣ̓ μὴν non sanè.
οὐκ ἄρα, *idem.*
ȣ̓̆τ᾽ ἄρ, ȣ̓δέτι neque.
μήτ᾽ ἄρ, μηδέτι, *id.*
οὐκ ἄν δήτις nemo certè.

Potentialis Modus per Particulas τε & ἄν elegantissimè exprimitur, constructas cum Optativo.

Combinatur Particula ϰε, hoc modo.

ἤκε, ἦ γάρκε, vel ἦ γάρ κεν.
καίκε sequente altera expletiva γε, & καίκε, ut:

ut: καίκε ταῦτά γε τελέσαιμεν, & quidem ista perfecerimus.

ἔνθακε, tum sanè.

Apponitur etiam Articulo Postpositivo, ut: ὅσκε, ἥκε, τόκε, Sic ap. Homer. τόκεν πολὺ κέρδιον εἴη pro ὃ ἂν εἴη, quod esset longe melius.

Item Particulis εἰ & ἢ, ut: εἴκε, si, ἤκε aut.

Et aliis, ut: ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ', ἐπακούσαις.

Quale Verbum dixeris, tale rursum audies. Iliad. Υ. vers. 250.

Interrogandi affirmativè, Anne?

ἠ ῥάνυ, Anne?
ἦ ῥά τις, An aliquis, numquis?
ἦ νύ τι, Num forte?
τί πτε. Quid? Cur?

Interrogandi negativè. Annon.

ἦ οὐ
ἆρ' οὖν } Annon?
οὔ νυ

οὐκ' ἂν δή τις; Annon aliquis?
οὐ γάρ, Non igitur?

Dubitandi.

ἢ An hoc, ἠέκε, an verò illud?
ἤκε vel ἤκεν an hoc? ἤκε vel ἤκεν an illud?

Transi-

Transitionis formulæ.

ἤτοι ἔγ' ὡς εἰπών, sic sane ipse fatus.
εἰδέκε, quod si verò.
Α'λλ' ὅτε δὴ, ἀλλ' ὅτε δὴ ῥα, αὐτὰρ ὅτ' sed postquam, ἔνθ' ἄρα, tunc &c.
ἤν γὰρ δὴ, quod si enim.
εἰ μὲν δὴ, quod si igitur.

Adversativæ Conjunctiones cum suis expletivis.

Α'λλ' ἤτοι, sed sanè.
αὐτὰρ ὅγ', sed ipse quidem.
ἀλλ' ὅγε, vel ἀλλ' ὅγ', *id.*
δέ κε, vel δέκ', δέτε, δέτε vel δέτ'.
δ' ἄρα vel δ' ἄρ, θ' ὡς postquam igitur.
δ' αὖ, sed rursus.
ἀλλά τοι sed enim.

In genere notandum, Conjunctionem δὲ in continuanda narratione frequentissimam esse, non Sensu Adversativo, sed potius Copulativo: Item particulam τε prorsus sine significatione otiosè poni sæpissimè, vel solam vel cum δὲ, ut Iliad. κ. vers. 224.

σύντε δῦ ἐρχομένῳ, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν.
ὅππως κέρδος ἔῃ μᾶνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ.
ἀλλά τε δι βράσσων τε νόος λεπτὴ δέτε μῆτις.

Habes in his tribus Verſiculis Expletivam τε ſexies. Plura ſuppeditabit frequens Poëtarum lectio.

Exemplum ſuperioris materiæ.

πᾶσιν ἄρα βροτέοις ζῆν μόρσιμον ἐν μελεδῶσι.
Vel: ἤτοιγ' ἀμφ' ὀδύνης ζώειν μόρος ἐςὶ βροταῖσιν &c.
Vel: ἦ ῥα βροτοῖς ἄνδρεσσ' οἳ ἀρȣ́ρης καρπὸν ἔδȣσιν.
εἵμαρτ' ἀχνυμένοισιν ἐπὶ χθονὶ πȣλυβοτείρῃ
ζώειν, ȣ̓δέ τι ἔσθ' ὑπαλύξαι κῆρα μέλαιναν &c.

L A M-

LAMBERTI BOS
REGULAE PRAECIPUAE ACCENTUUM.

1. Accentibus vetustissimi Graeci in scribendo usi non sunt, ut ex antiquis Msctis apparet. Quia vero hodie & a longo tempore in Graecorum libris usurpantur, nec suo carent usu, breviter quaedam de iis monenda sunt.

2. *Accentus* est pronunciandi ratio, qua syllaba alia in pronunciando attollitur, alia deprimitur, alia inflectitur & tardius trahitur: quod indicant *notae* Accentus, quae sunt tres, *acutus* (´) nota est adscendentis vocis: *gravis* (`) nota descendentis: *Circumflexus* (˜) nota primo adscendentis, dein descendentis vocis: constat ex *acuto* & *gravi*, sustinet & quasi circumagit vocem. Nomina ab re Musica petita videntur.

3. *Acutus* potest esse vel in *ultima* syllaba, quale vocabulum dicitur ὀξύτονον, vel in *penultima*, quale παροξύτονον, vel in *antepenultima*, quale προπαροξύτονον.

4. *Gravis* nusquam scribitur nisi in *fine*: Omnis enim *acutus* in fine vocis fit *gravis* in orationis contextu: hoc solo modo *gravis* scribitur, aliâs subintelligitur in syllabis, quibus nec *acutus* nec *circumflexus* est impositus. Sic τύπτω & γράφω in priore syllaba habentia *acutum*, in posteriore intelliguntur habere *gravem*, cujusmodi verba ideo vocantur βαρύτονα.

5. *Circumflexus* scribitur vel in *ultima*, & vocabulum sic notatum vocatur περισπώμενον: vel in *penultima*, & vocatur προπερισπώμενον.

6. Omnis dictio unum ex hisce tribus Accentibus necessario requirit, praeter aliquot voculas monosyllabas, quae plane accentu carent ut ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, ὐ, ὐκ, ὐχ, ἐν, εἰς, ἐκ, ἐξ, εἰ, ὡς, quando *sicut* denotat, quum vero pro *sic* usurpatur, acuitur, ut &, quando in fine periodi ponitur. Acuitur etiam ὐ sententiam claudens, ut, ἀπεκρίθησαν, ὔ.

7. Non

7. Non plures praeter unum accutum naturâ habet quaeque vox. Quum tamen vox aliqua, duobus notata est accentibus, prior est naturalis, posterior adscititius, quem accepit à dictione Enclitica, quae tum suum accentum amisit.

8. Sunt autem dictiones *Encliticae*, quae ἀπὸ τῦ ἐγκλίνειν, ab *inclinando* dictae sunt, quia in vocem praecedentem inclinant, eamque suo accentu afficiunt:

artic. τῦ, τευ (pro τινος) τῳ pro τινι.

nom. τις, τι, indefinitum per omnes casus & numeros.

pronom. μῦ, μευ, μοι, με, σῦ, σευ, σοι, σε, ὗ οἱ, ἕ, μιν, σφε, σφιν, σφωε, σφισι, σφεας.

verb. φημι & ειμι, in toto praesent. indicat. excepta secunda sing.

adverb. πως, πω, πη, πῦ, ποθεν, ποτε, ποθι.

conjunct. τε, γε, τοι, ρα, θην, περ, κε, κεν, νυ, νιν.

9. Enclitica abjecto suo accentu, ultimam praecedentis vocis acuit, quando ea *acutum* habet in *antepenultima*, vel *circumflexum* in *penultima*, ut: ἤκϰσά τινος: ἦλθέ ποτε.

10. Non tamen semper rejicit Enclitica accentum; sed retinet aliquando, nonnunquam etiam plane perdit, & non transmittit accentum.

11. Retinet Enclitica accentum in initio membri, vel etiam singularis emphasios gratia, ut σὲ ἀγαπῶ: σοί, φίλε, χάρις: Ο'υ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. Verbum ἐστὶ quoque in initio membri, aut post voculas ὐκ, ἀλλὰ, ἤ, καὶ, retinet accutum, sed retrahit eum ad priorem syllabam, ut: ἔστιν ἄνθρωπος, ὅς &c. ἀλλ' ἔστι: ὐκ ἔστιν.

12. Retinet etiam Enclitica accentum, quando ultima in vocabulo properispomeno desinit in consonam duplicem, ut ὁμῆλιξ μῦ, *aequalis meus*.

13. Retinet pariter accentum Enclitica dissyllaba posita post vocabulum paroxytonum, ut: ἁμαρτία ἐστί: λόγος ἐστι.

14. Amittit vero plane accentum Enclitica monosyllaba post vocabulum paroxytonum, ut λόγος μῦ: ἄνδρα τῦ. Similiter post perispomenon, ut: ἀγαπᾷς με. Post oxytonum etiam quidem amittit, ut ἀνήρ τις. ubi pro *gravi* scripto super ἀνὴρ ponitur *acutus*.

Regulae Generales de Accentibus.

1. Monosyllaba contracta, & quaedam alia natura longa circumflectuntur, ut φῶς, νῦς, ὗς, ναῦς, γραῦς, παῖς, πᾶς, πῦ, πῶς. Sed brevia, & longa non contracta acuuntur, ut ὅς, ἅλς, πύς, χείρ, χθών.
2. Dissyllaba cum constant ex duabus brevibus, priorem acuunt, ut: λόγος, μόνος.
3. Dissyllaba constantia ex duabus longis, pariter priorem acuunt, ut: ἥρως, ἥρη, ἤθη.
4. Dissyllaba priore brevi & posteriore longa, itidem priorem acuunt, ut ἔρως, λόγυ.
5. Dissyllaba, cum sint priore longa natura, & posteriore brevi, vel positione longa, priorem circumflectunt, ut σῶμα, βῆμα, δῆμος, κλῆσις, οἶκοι. Quod vero quaedam voculae tales dissyllabae, ut ὥστε, τοίνυν, καίπερ, εἴπερ, acuantur in priore, non vero circumflectantur, ὦστε, καῖπερ &c. uti regula generalis poscit; ejus haec est ratio, quia illae sunt proprie duae voces, quarum posterior est Enclitica, quae accentum rejicit in praecedentem, ut ὥς τε, καί περ, τοί νυν: quae coaluerunt in unam.
6. Polysyllaba ultimâ longa, acuunt penultimam, ut εἰρήνη, ἀνθρώπυ. Excipiuntur Attica, Μενέλεως, λέξεως, quae licet ultima sit longa, servant accentum in antepenult, ubi erat in communibus Μενέλαος, λέξιος. Sic & Jonica, ut Α'νείεω pro Α'ινείυ.
7. Polysyllaba ultimam habentia brevem, acuunt antepenultimam, ut ἄνθρωπος, εἴδωλον, τυπτόμενος.
   1. Excipiuntur quaedam.
   Vocabula quaedam *diminutiva & derivata*, ut παιδίον, Θηρίον. quae retinent accentum in illa syllaba ubi erat in genitivo vel dativo primitivi. παιδὸς, παιδὶ, Θηρὸς, Θηρὶ &c. νεανίσκος à νεανίας, ἐναντίος ab ἀντὶ, ὐρανόθεν ab ὐρανὸς.
   2. Praeterita passiva particip. ut τετυμμένος, γεγραμμένος. & adjectiva verbalia, τυπτέος, γραπτέος.
8. Diphthongi αι & οι in fine vocum habentur in accentuum ratione breves, ut μῦσαι, ἄνθρωποι, τύπτομαι, οἶκοι. Excipi solet adverbium οἴκοι *domi*. Sed ratio est, quia οἴκοι est antiquus dativus pro οἴκῳ, in quo supprimitur praepositio ἐν. Veteres enim vocales longas non habentes, in dativis hujusmodi scribebant ο, adbentes

dentes

dentes ι ad latus, pro quo deinceps ω, & jota subscribebant, ut ΤΕΙ Ο'ΔΟΙ pro τῇ ὁδῷ.

9. Ευ & ου in fine habent circumflexum, ut βασιλεῦ, πανταχοῦ, ἰδοῦ. Excipi solet ἰδοὺ adverbium, & ἰοὺ exclamatio. Ratio, quod haec acuantur, est, ut distinguantur, prius a verbo ἰδοῦ, posterius à genitivo ἰοῦ nominis ἰὸς *telum*.

10. Compositio retrahit accentum, ut σοφὸς, φιλόσοφος, χείρ, ἀντίχειρ. Sic particulae α, ευ, δυς &c. in compositione retrahunt accentum, ut τακτὸς, εὔτακτος; παιδευτὸς, ἀπαίδευτος: λόγος, ἄλογος, εὔλογος: κινητὸς, δυσκίνητος.

11. Præpositiones dissyllabae, quando postponuntur suis casibus, retrahunt accentum in priorem syllabam, ut θεοῦ πάρα: πατρὸς ἄπο, pro παρὰ θεοῦ, ἀπὸ πατρός. Ἀνὰ vero & διὰ hoc non faciunt, sc. ut distinguatur prius ab ἄνα, vocativo vocis ἄναξ *rex*: posterius ab accusativo δία, *Jovem*.

12. Composita ex nomine & praeterito medio, cum activam significationem habent, acuuntur in penultima, ut θεολόγος, *qui de Deo loquitur*; οἰνοχόος, *qui vinum infundit*, οἰκονόμος, *dispensator*: παιδοτρόφος, *liberos alens*: πρωτοτόκος, *quae prima vice peperit*: ἰχθυοφάγος, *qui pisces edit*: Sed cum passive significant, accentum habent in antepenultima; ut ἰχθυόφαγος, *à piscibus devoratus*: πρωτότοκος, *primogenitus*.

13. Genitivus pluralis substantivorum primae declinationis circumflectitur in ultima: ratio est, quia contractio est Aeolici άων & Ionici έων, ut ὁπλίτης, ὁπλιτάων, ὁπλιτῶν: ἡμέρα, ἡμεράων, ἡμερέων, ἡμερῶν. Sic etiam feminina adjectivorum tertiae declinationis, ut ἡδὺς, ἡδεῖα, τῶν ἡδειῶν: ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τῶν μελαινῶν: ὁ βραχὺς, ἡ βραχεῖα, τῶν βραχειῶν.

14. Sed adjectiva primae declinationis, derivata à masculinis secundae, genitivum pluralem parem habent masculino, ut ὁ ἅγιος, τῶν ἁγίων; ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων.

15. Tertiae Declinationis genitivi, ut dativi dissyllabi, accentum habent in posteriore syllaba: nominativi autem, accusativi & vocativi in priore, ut ἡ χείρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα, τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν, αἱ καὶ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας.

Reliqua usu sunt discenda.

SYNTAXIS GRAECA
in concinnam methodum redacta
A
LAMBERTO BOS.

Cap. I.
De Structura Articulorum.

1. Articulus *praepositivus* saepe additur nominibus, *demonstrationis*, *distinctionis* aut *emphasios* gratia, ut: δός μοι τὸ βιβλίον, *da mihi istum librum.* Αἴαξ ὁ Τελαμώνιος, *Ajax Telamonis.* Σὺ εἶ ὁ προφήτης; *num tu es ille propheta?*

2. Idem Articulus cum adverbio ponitur loco adjectivi, ut: ὁ χθὲς, *hesternus.* ὁ ἔξω, *externus.*

3. Si jungatur ei praepositio cum suo casu, intellectum habet participium aliquod, ut: ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς sc. ὤν.

4. Cum particulis μὲν & δὲ in divisionibus usurpatur, ut: ὁ μὲν ἀγαθὸς, ὁ δὲ δίκαιος.

5. Articulus *postpositivus* ὅς, ἥ, ὅ, ponitur pro *praepositivo* in *distributionibus*, ut ὃς μὲν πιςεύει. contra *praepositivus* pro *postpositivo* apud poëtas, ut: χάρις τὴν pro ἥν.

6. Idem *postpositivus* sive *relativus* atticè casu respondet *antecedenti* substantivo, nulla ratione habita verbi sequentis, ut: ἐπίςευσαν τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν. pro ὃν εἶπεν.

7. Aliquando *Antecedens* imitatur casum *relativi*, ut: ἄγοντες παρ' ᾧ ξενιαθῶμεν Μνάσωνι, pro ἄγοντες Μνάσωνα, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν.

8. *Relativum* aliquando genere non ad *antecedens*, sed ad *sequens* refertur substantivum, ut: μάχαιρα, ὅ ἐςι ῥῆμα θεῦ.

9. Articulus pluralis cum præposit. περὶ & ἀμφὶ & nomine proprio, periphrasi inservit, ut: οἱ περὶ Πλάτωνα, *Plato ipse* vel *Plato cum suis.*

Cap. II.

CAP. II.

De Structura Nominum.

1. NOminativum usurpant Attici pro *Vocativo*, ut: ὁ θεὸς, ἱλάσθητί μοι, pro ὦ θεέ. *Deus, miserere mei.*

2. Substantivum plurale saepe non respondet adjectivo in suo casu; sed mutatur eleganter in genitivum, ut: μάταιοι τῶν ἀνθρώπων pro ἄνθρωποι.

3. Substantivo aliquando additur aliud substantivum loco adjectivi, ut: Ἑλλάδα φωνὴν pro Ἑλληνικήν.

4. *Genitivus* absolute positus, *abominantis* vel *indignantis* est, ut: τῆς τύχης: τῆς ἀναιδείας: *O fortunam*: *O impudentiam.* pendet tamen à suppresso χρῆμα.

5. Cum *Genitivo* construuntur *comparativi* & *superlativi*, ut: δικαιότερος Παύλου: βέλτιστος ἁπάντων. Sed in genitivo post *comparativum* deest περὶ, *prae*, & in genitivo post *superlativum*, ἐκ vel ἐξ.

6. In *genitivo* ponitur *materia* ex qua aliquid fit, ut: πεποιημένον λίθου, sed supple ἐκ: *factum ex lapide.*

Pars, ut πίνειν τοῦ οἴνου: ἐσθίειν τοῦ ἄρτου. in quibus similiter supple ἐκ. *bibere ex vino*: *edere de pane.*

pretium, ut ὠνεῖσθαι δράχμης, *emere drachma*: sed supple ἀντί.

tempus, ut: νυκτὸς καὶ ἡμέρας, *nocte dieque*. sup. διά.

causa, ut: φιλεῖς αὐτὸν ἀρετῆς, *diligis ipsum virtutis causa.* sup. ἕνεκα.

7. Genitivum post se habent adjectiva *partitiva*, ut γνήσιοι τῶν φίλων *genuini amicorum*, sed per ellipsin praepositionis ἐκ. *Verbalia in* κὸς, ut παρεκτικὸς τῶν ἀγαθῶν, *bona tribuere valens*. per ellipsin particulae ἕνεκα. & alia quaedam, ut ἄξιος τῆς τιμῆς, *dignus honore*; ἀθέατος τῆς ἀληθείας, *verum non videns*. in quibus pariter deest ἕνεκα.

8. *Dativi* vel potius *ablativi* casus est *causa*, ut: φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, sed elliptice pro ἐν vel ἐπὶ φθόνῳ: *instrumentum*, ut ἀπέκτεινε τῇ μαχαίρᾳ, sc. ἐν: *Modus actionis*, ut τίνι τρόπῳ sc. ἐν; *pretium*, ut: θανάτῳ πρίασθαι. ubi eadem praepositio deest.

9. *Duplici dativo*, interposito καὶ, utuntur, ut: τί ἐμοὶ καὶ σοί; *quid mihi tecum?* plenus sermo foret: τί ἐμοὶ

 καὶ

καὶ σοὶ κοινὸν πρᾶγμά ἐστι; *quid mihi & tibi commune negotium est?*

10. *Accusativus* saepe adjectivo additur per ellipsin κατὰ, ut: ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος, *animo generosus.*

11. Casum verborum post se habent nomina verbalia, ut χρηστέον βίβλοις; γραπτέον ἐπιστολὴν; quod etiam mutari potest in adjectivum & substantivum, ut γραπτέα ἐπιστολὴ, *scribenda epistola.*

Cap. III.

De Structura Pronominum.

1. Genitivi Pronominum *primitivorum* ponuntur pro *possessivis*, ut πατήρ μου, pro ἐμός.

2. Pronominibus *possessivis* eleganter additur genitivus, ut ὁ ἐμὸς τοῦ ταλαιπώρου βίος, *mea miseri vita*, quasi praecessisset μου non ἐμός.

3. Pronomen ὁ αὐτὸς .... τὸ αὐτὸ cum dativo construitur, idemque valet quod *cum*, sequente *ablativo*, ut τὸ αὐτὸ τῷ κτείνοντι, *idem occidenti*, h. e. idem cum occidente.

4. Αὐτοῦ; αὐτῷ, αὐτὸν usurpatur pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, quum respicitur ad personam, à qua coepta est oratio, ut ὁρῶν τὴν κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, pro ἐφ' ἑαυτὸν, *videns motum in se.*

Cap. IV.

De Structura Participiorum.

1. Participium cum suo *nomine* vel *pronomine*, in genitivo ponitur, quales genitivi *absoluti* vocari solent, consequentiam designantes, ut apud Latinos duo ablativi, ut θεοῦ διδόντος, μηδὲν ἰσχύει φθόνος, *Deo dante, nihil valet invidia:* πατρὸς θανόντος, *mortuo patre.* In illis vero genitivis supple ἐπὶ, cum participium est *praesentis* temporis, & ἐκ, cum *praeteriti.*

2. Attice pro hoc *genitivo* est *accusativus*, & fere cum ὡς vel ὥσπερ, ut ὡς τὸν ἄνδρα πριήσαντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσαντος. Sic in participiis impersonalibus, δέον, *cum oporteat*, ἐξὸν, *cum liceat*: δόξαν, *cum visum sit* &c. pro δέοντος, ἐξόντος, δόξαντος πράγματος. Proprie in illis accusativis subauditur praepositio μετὰ vel similis.

3. Nonnunquam etiam loco *genitivi* ponitur casus *sextus* ut: παριόντι τῷ ἐνιαυτῷ, *anno praeterlapso.*
4. Participium loco infinitivi additur verbis *perseverandi*, *desistendi*, & *affectionem animi* significantibus, ut διατέλει με ἀγαπῶν pro ἀγαπᾷν, *amare me perge*: παύεται λέγων, *desinit dicere*: μέμνημαι ἰδὼν, *memini me vidisse.*
5. Participio eleganter additur verbum ἔχω, pro aoristo, ut ἔχω ποιήσας, pro ἐποίησα.
6. Cum dativo participii addito personae ejusdem casus eleganter construitur verbum ἐςὶ, idemque valet quod nominativus cum verbo, ut εἰ σοι βουλομένῳ ἐςὶ, *si tibi est volenti*, pro εἰ σὺ βούλεις: εἴ σοι ἡδομένῳ ἐςὶ, *si tibi est placenti*, pro εἰ σὺ ἥδῃ, *si tu eò delectaris.*

Cap. V.

De Structura Verborum.

1. Neutrum plurale apud Atticos verbo gaudet singulari, ut: *Ζῷα τρέχει*, *animalia currunt.* πάντα ἐγένετο, *omnia facta sunt.*
2. *Genitivum* post se habent verba *copiae* & *inopiae*, *sensuum* aut *affectuum*: quo referuntur verba *curandi*, *privandi*, *participandi*, *dominandi* &c. Sed pendet ille genitivus semper vel à praepositione suppressa, vel à nomine verbi cognato, sic γέμειν ἀκρασίας plene, γέμειν ἐξ ἀκρασίας, *plenum esse intemperantia.*
3. Dativum regunt verba *sequendi* & *certandi*, ut ἀκολούθει μοι: ἕπεσθαί τινι: ἐρίζειν, aut μάχεσθαι ἄλλοις.
4. *Dativum* cum *Genitivo* κοινωνῶ, μετέχω, sed genitivus regitur ab intellecto substantivo μέρος, vel à praepositione ἐκ. Sic etiam μέτεςι, ut: μέτεςί μοι ἐκείνων, plene μέρος ἐκείνων. & μέλει, ut μέλει μοί τινος, at elliptice rursus pro μέλει μοι περί τινος. quae praepositio saepe etiam additur.
5. *Accusativum* duplicem multa verba habent, quorum alter semper pendet à praepositione suppressa, ex. gr. ἀδικῶ σε ἀδικίαν, pro κατ' ἀδικίαν: γάλα ὑμᾶς ἐπότισα pro κατὰ γάλα: Τοιαῦτα ἐπαίνεσάς με pro εἰς ἐμέ: ἐργάζεσθαι vel δρᾷν τινα κακὰ, pro εἴς τινα: διδάσκω σε τὰ καλὰ sc. κατὰ.

6. Pas-

6. Passivis quoque additur *accusativus* per eandem ellipsin, sic: γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος, supple κατά. Sic in aliis; ut πιστεύομαι τὴν οἰκονομίαν, pro ἡ οἰκονομία πιστεύεταί μοι.

7. Passiva construuntur cum praepositione ὑπὸ vel παρὰ, ut: ἐπαινεῖται ὑπὸ vel παρὰ πάντων, *laudatur ab omnibus*. Sed eleganter pro iis etiam adhibetur dativus, ut: γέγραπται μοι pro ὑπ' ἐμοῦ.

8. Infinitivus cum articulo pro nomine ponitur, ut τὸ ζῆν pro ἡ ζωή. aliquando tamen poëtis praesertim omittitur articulus, ut μάχεσθαι pro ἡ μάχη.

9. Infinitivis cum articulo vel sine eo utuntur Graeci pro gerundiis, ut ἐν τῷ περιπατεῖν, *in ambulando*.

10. Quando infinitivus & verbum praecedens pertinent ad eandem personam, non est opus accusativo reciproci, ut ἔφη ποιήσειν, *dixit facturum*, nempe *se*.

11. Infinitivum praecedit nominativus, cum in eadem persona oratio subsistit, ut φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, *dictitantes se esse sapientes*, non σοφούς: τοῦτ' ἔλεγον πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι, *hoc dicebant, ut boni viderentur*, non ἀγαθούς.

12. Infinitivus additur adjectivis facultatem significantibus, ut ἱκανὸς, δυνατὸς, οἷός τε, ut ἱκανὸς διδάσκειν; οἷός τε λέγειν.

13. Cum Infinitivo etiam verbum μέλλω construitur, & facit periphrasin futuri, ut μέλλει ποιεῖν vel ποιήσειν, *facturus est*.

14. Infinitivus denique pro *imperativo* ponitur, ut κλαίειν, χαίρειν, pro κλαίετε, χαίρετε. Sed in illis intelligitur per ellipsin verbum κελεύω, vel θέλετε, vel δεῖ &c.

CAP. VI.

De Adverbiorum Structura.

1. ADverbiis quibusdam *Loci & Temporis* additur genitivus, ut ποῦ γῆς; *ubi terrarum?* ἅπαξ ἡμέρας, *semel de die*. Verum per ellipsin praepositionis, sic ποῦ γῆς, plenè, ποῦ ἐπὶ γῆς. ἅπαξ ἡμέρας, integre, ἅπαξ δι' ἡμέρας.

2. Genitivus etiam additur quibusdam adverbiis praepositionum naturam habentibus, ut ἄνευ, δίχα, χωρὶς, ἄτερ, *sine*.

fine. ἔμπροσθεν, *ante*, ἔξω, *foras*, μέχρι, ἄχρι, ἕως, *usque*: ἐντὸς, *intra*: ἐκτὸς, *extra*: μεταξὺ, *inter*, πλὴν, *praeterquam*, ἔναντι *coram*, ἔγγυθι, *prope.* πόῤῥω, *procul.* Sed in genitivis illis fere deest praepositio, ex. gr. cum dicitur ἄνευ vel χωρὶς πατρὸς: ἄτερ ἄλλων, integer sermo erit ἄνευ, aut χωρὶς ἀπὸ πατρός: ἄτερ ἀπ' ἄλλων. Sic ἔγγυθι vel πόῤῥω τῆς πόλεως, plene ἀπὸ τῆς πόλεως: ἔξω οἴκου pro ἔξω ἐξ οἴκου: μέχρι vel ἕως τῆς πύλης pro ἕως ἐπὶ τῆς πύλης.

3. Perperam vero huc referri solent ἐνώπιον, *coram*, χάριν & δίκην *gratia*: quae non sunt adverbia, sed nomina accusativi casus, in quibus intelligitur praepositio κατὰ vel εἰς. Sic ἐνώπιον ἀδελφοῦ est κατ' ἐνώπιον ἀδελφοῦ, *in conspectu fratris.* τούτου χάριν pro εἰς τοῦτο χάριν.

4. Dativus additur aliis adverbiis, ut: ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *cum die.* ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, *una cum aliis.* Sed proprie loquendo casus ille est sextus, qui regitur a suppressa praepositione σύν: ut, ἅμα σὺν τῇ ἡμέρᾳ: ὁμοῦ σὺν τοῖς ἄλλοις.

5. Duplex negatio vehementius negat.

6. Πρὶν vel πρὶν ἢ *priusquam*, frequentissime cum *infinitivo* construitur, rarius cum *indicativo* & *subjunctivo*, ut: πρὶν ἐλθεῖν: πρὶν ἥκουσας.

7. Εἴθε & αἴθε *indicativum* vel *optativum* post se habent, ut εἴθε ἔγραψα: αἴθε ποιήσειας.

8. Adverbia qualitatis construuntur eleganter cum verbis ἔχω, διάκειμαι, διατίθεμαι, ποιέω, πάσχω, ἥκω, addito casu secundo, ut: εὖ ἔχει ῥώμης, *bono corporis robore praeditus est.* ἀπείρως ἔχει καλῶν, *inexpertus est bonorum*: εὖ ἥκει χρημάτων, *pecuniosus est.* Verum genitivus ille regitur a subintellecto ἕνεκα.

CAP. VII.

De Structura Praepositionum.

1. **P**Raepositiones vel *unum*, vel *duos*, vel *tres* regunt casus.

2. Unum casum, & quidem *genitivum* regunt ἐκ vel ἐξ, πρὸ, ἀντὶ, ἀπό.

ἐκ vel ἐξ, *ex, a*, significans locum, tempus, materiam, causam.

πρὸ,

προ, *pro, ante, coram, prae.*
ἀντὶ, *pro, vice.*
ἀπὸ, *a, ab, ex, de.*

3. Solum *dativum* vel, si mavis, *ablativum* regunt ἐν & σύν.
ἐν, *in.*
σὺν, *cum.*

4. Solum *accusativum* εἰς & ἀνά.
εἰς, *in, ad.*
ἀνὰ, *per.*

5. *Genitivum* & Accusativum regunt διὰ, κατὰ, ὑπέρ.

διὰ { cum genitivo, } *per.*
{ cum accusativo, } *propter.*

κατὰ { cum genitivo, *contra, adversus, per,* in jurandi forma.
{ cum accusativo, *secundum, per, propter, ad, in.*

ὑπὲρ { cum genitivo, *super, de, pro.*
{ cum accusat: *supra, ultra, praeter.*

6. *Genitivum, dativum* & *accusativum* regunt πρὸς, μετὰ, παρὰ, ἐπὶ, ἀμφὶ, περὶ, ὑπό.

πρὸς { cum genit. *a, de, coram, per* (jurandi) *contra.*
{ cum dat. *praeter, juxta.*
{ cum accus. *ad, apud, prae, erga, contra, juxta, in.*

μετὰ { cum genit. *cum, una.*
{ cum dat. *cum, inter, in.*
{ cum accus. *post, in, inter, ad.*

παρὰ { cum genit. motum à persona sign. *a. ab.*
{ cum dat. *apud, prope.*
{ cum accus. *ad, praeter, contra, propter.*

ἐπὶ cum { genit. *in, sub, super, ad.*
{ dat. *propter, post, super, contra, penes.*
{ accus. *in, ad, propter.*

ἀμφὶ & περὶ cum { genit. *pro, prae, de.*
{ dat. *propter, circum, de.*
{ accus. *circa, circiter, in.*

ὑπὸ cum { genit. *à, sub, prae.*
{ dat. *sub.*
{ accus. *sub, subter, ad.*

CAP. VIII.

De Structura Conjunctionum.

1. Εἰ, ὅτι, ὅταν & ὁπόταν *indicativum* & *optativum* adsciscunt.
2. Ἂν, ἢν, ἐὰν, ἐάνπερ, ἐπὰν, ἐπειδὰν, *indicativo*, *optativo* aut *subjunctivo* gaudent.
3. Ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὅπως μὴ pariter. ὡς etiam cum *infinitivo*, ut: ὡς εἰπεῖν. μὴ etiam.
4. Ὥστε quando *ut* significat, habet plerumque *infinitivum*, rarius *indicativum*.



FOR-

FORMATIONES TEMPORUM GRAECORUM VERBORUM

Secundum Grammaticam

WELLERIANAM.

DE ACTIVO.

PRaesens est basis omnium temporum, utpote à quo vel immediate, vel mediate, reliqua tempora omnia formantur.

Imperfectum formatur à praesenti ω in ον mutando, & addendo augmentum; (si, scilicet, verbum augmentum admittat) ut, τύπτω, ἔτυπτον. λέγω, ἔλεγον. ἀκούω, ἤκουον. Nam in formationibus temporum ad tria potissimum respiciendum est. 1. Terminatio est mutanda, si alia erit in formando tempore, ac fuit in tempore formato. 2. Litera characteristica, si alia fuerit in formando tempore, ac in formato fuerit, assumenda nova est. 3. Augmentum, si quod tempus formandum habere debet, ei est praeponendum.

Futurum primum formatur à praesenti, ponendo σ ante ω (characteristica enim futuri primi semper est σ exceptis verbis liquidatis) ut, ἀκούω, ἀκούσω. λέγω, λέγσω, pro quo est λέξω. τύπτω, τύπσω, pro quo τύψω (nam τ quoniam litera characteristica non est, sed aliunde more Attico ob euphoniam assumta, primo tollitur, dein π & σ transeunt in suam duplicem ψ, & fit τύψω, ac γ & σ in ξ & fit λέξω.)

Aoristus primus formatur à futuro primo, ω in α mutando, & addendo augmentum, ut, τύψω, ἔτυψα. λέξω, ἔλεξα. ἀκούσω, ἤκουσα.

Perfectum formatur à futuro primo, ω in α mutando, assumendo characteristicam Perfecti, (nam verba, quae habent in futuro primo σ, explicite in perfecto habent κ, quae habent in futuro primo ξ, explicite in perfecto ha-

bent χ, quae habent in futuro primo ψ, explicite in perfecto habent φ) & addendo augmentum, ut, ἀκούω, ἤκουκα. λέξω, λέλεχα. τύψω, τέτυφα. (nam quando ε in syllabico augmento breve est vel anceps, in perfecto prima consona verbi praeponitur, & hinc, perfecto à consonante incipiente, in plusquamperfecto adhuc aliud ε praefigitur, ut mox patebit.)

Plusquamperfectum formatur à perfecto α in ειν mutando, & praeponendo novum ε, si syllabicum fuerit augmentum, & ε in eo breve vel anceps, uti modo diximus; ut, ἀκήκοα, ἠκόκειν. τέτυφα, ἐτετύφειν. λέλεχα, ἐλελέχειν.

Futurum secundum formatur à praesenti hoc modo: 1. Servat praesentis characteristicam eandem, & eandem terminationem, quam tamen circumflectit: 2. Penultimam syllabam, si longa est, corripit; ut: ἀκούω, ἀκοῶ. λήθω, λαθῶ. τίω, τιῶ. λέγω, λεγῶ. τύπτω, τυπῶ. (τ enim characteristica litera non est, ut diximus supra ad futurum primum.)

Aoristus secundus formatur à futuro secundo, ω in ον mutando, & praeponendo augmentum, ut ἀκοῶ, ἤκοον. λεγῶ, ἔλεγον. τυπῶ, ἔτυπον.

DE PASSIVO.

Praesens, *Perfectum*, & *Aoristus secundus* Passivi formantur à suis cognatis temporibus Activae vocis, terminatione Activa in Passivam terminationem mutata. Reliqua tempora à Passivo deducuntur: & quidem a Praesenti formatur Imperfectum: à prima persona Perfecti Plusquamperfectum: à secunda persona Perfecti Paulo-post-futurum: à tertia persona Perfecti Aoristus primus: ab Aoristo primo derivatur Futurum primum: ab Aoristo secundo Futurum secundum. De quibus singulis nunc videbimus.

Praesens formatur à Praesenti Activo ω in ομαι mutando, ut: τύπτω, τύπτομαι. λέγω, λέγομαι. ἀκούω, ἀκούομαι.

Imperfectum formatur à Praesenti Passivo, αι in ην mutando, & praeponendo augmentum, ut: τύπτομαι, ἐτυπτόμην. λέγομαι, ἐλεγόμην. ἀκούομαι, ἠκουόμην.

Perfectum formatur à Perfecto Activo, tali modo: Terminatio Activa α transit in μαι, unde φ necessario in μ. χ in γ mutatur (quia μ Palatinas ante se in Formatio-

matione & Compositione in γ, Labiales in μ mutat) κ vero hic in σ convertitur, ut: τέτυφα, τέτυμμαι, pro τέτυφμαι. λέλεχα, λέλεγμαι, pro λέλεχμαι. πέφρακα, πέφρασμαι.

Plusquamperfectum formatur à prima persona Perfecti Passivi, μαι in μην mutando, & praeponendo novum ε si Perfectum à consonante incipiat; (uti diximus superius ad Perfectum Activum) ut, τέτυμμαι, ἐτετύμμην. λέλεγμαι, ἐλελέγμην. πέφρασμαι, ἐπεφράσμην. ἤγερμαι, ἠγέρμην. ἤκουσμαι, ἠκούσμην.

Paulo post futurum formatur à secunda persona Perfecti Passivi, posito ομ ante αι finale; ut, τέτυψαι, τετύψομαι. λέλεξαι, λελέξομαι. πέφρασαι, πεφράσομαι. ἤκουσαι, ἠκούσομαι.

Aoristus primus formatur à tertia persona Perfecti Passivi ται in θην mutando, unde necessario praecedens tenuis in aspiratam transit; (quia tenuis tenuem, media mediam, aspirata aspiratam ante se requirit) ut, τέτυπται, ἐτύφθην. λέλεκται, ἐλέχθην. ἤκουσται, ἠκούσθην. Ubi praeterea notandum est, quod Aoristus primus in syllabico augmento primam consonam verbi, ut in Perfecto nonnunquam fit, non admittit, sed iterum rejicit, ut videre est in exemplis allegatis.

Futurum primum formatur ab Aoristo primo Passivo, ν in σομαι mutando, & abjiciendo augmentum; ut: ἐτύφθην, τυφθήσομαι. ἐλέχθην, λεχθήσομαι. ἠκούσθην, ἀκουσθήσομαι.

Aoristus secundus formatur ab Aoristo secundo Activo, ον in ην mutando; ut, ἔτυπον, ἐτύπην. ἔλεγον, ἐλέγην. ἤκοον, ἠκόην.

Futurum secundum formatur ab Aoristo secundo Passivo ν in σομαι mutando, & abjiciendo augmentum; ut, ἐτύπην, τυπήσομαι. ἐλέγην, λεγήσομαι. ἠκόην, ἀκοήσομαι.

DE MEDIO.

Medium est, quod modo Activam, modo, sed rarius, Passivam habet significationem.

Praesens & *Imperfectum* in omnibus Modis formantur non tantum à Praesenti & Imperfecto Passivae Vocis, sed & cum iis plane consentiunt. Reliqua tempora omnia deducuntur à suis cognatis Activae vocis, Terminatione Activa

in Passivam Terminationem mutata. Excipe Perfectum, quod ob literam characteristicam formatur à Futuro secundo Activo. De quibus singulis iterum videbimus.

Futurum primum formatur à Futuro primo Activo, ω in ομαι mutando, ut: τύψω, τύψομαι. λέξω, λέξομαι. ἀκούσω, ἀκούσομαι.

Aoristus primus formatur ab Aoristo primo Activo, addita ei syllaba μην: ut, ἔτυψα, ἐτυψάμην. ἔλεξα, ἐλεξάμην. ἤκουσα, ἠκουσάμην.

Futurum secundum formatur à Futuro secundo Activo, ω in ουμαι mutando, ut: τυπῶ, τυποῦμαι. λεγῶ, λεγοῦμαι. ἀκοῶ, ἀκοοῦμαι.

Aoristus secundus formatur ab Aoristo secundo Activo μ ante ν ponendo; (vel ον in ομην mutando) ut: ἔτυπον, ἐτυπόμην. ἔλεγον, ἐλεγόμην. ἤκοον, ἠκοόμην.

Perfectum formatur à Futuro secundo Activo, terminationem futuri, in terminationem Perfecti Activi, (sive ω in α) mutando, & proponendo augmentum; ut: ψαλῶ, ἔψαλα. ἀκοῶ, ἤκοα; sed de syllabico augmento idem hic & in Plusquamperfecto notandum est, quod diximus supra ad Perfectum & Plusquamperfectum Activum, ut: τυπῶ, τέτυπα. λεγῶ, λέλογα. σπαρῶ, ἔσπορα. (nam ε & α dissyllaborum Futuri secundi, ex ε vel ει praesentis ortum, mutatur in ο.)

Plusquamperfectum formatur à Perfecto Medio α in ειν mutando, & assumendo ε ante consonantem Perfecti: ut, τέτυπα, ἐτετύπειν. λέλογα, ἐλελόγειν. ἔψαλα, ἐψάλειν. ἤκοα, ἠκόειν.

Reliqua Tempora Modorum reliquorum formantur à suis cognatis temporibus Indicativi Modi, mutata tantum Modi Indicativi terminatione in terminationem cujusvis Modi formandi.

Atque haec de Formationibus Temporum breviter & generatim. Sunt praeterea in plurium verborum Temporibus exceptiones multae, quae ex ipsa Grammatica sunt discendae.

De Verbis in μι vide etiam Grammaticam ipsam, ubi clare satis ac dilucide exhibentur.

APPEN-

APPENDIX III.

De Numeris seu Notis Arithmeticis.

Antequam λοίσθιον, quod ajunt, χεῖρα (*postremam manum*) imponeremus, placuit in gratiam nonnullorum ἀριθμοφίλων, Notas quasdam Numeri Alphabetici Græcis usitatas assignare.

Triplici autem modo Græci suas exprimunt Notas Alphabeticas. Primo secundum ordinem literarum; ita ut ab α usque ad ω numerentur 24. Quomodo tot libris Iliada & Odysseam suam concinnavit Homerus. Deinde totum Alphabetum in tres dispescitur classes. Prima incipit ab α seu unitate & desinit in ι. numero denario. Pro senario itidem peculiaris interponitur Nota ς. τὸ ἐπίσημον vocata. Secunda est Compositi seu Denarii numeri ab ι usque ad ρ. i.e. centum. Ubi simul pro nanagenario hæc inseritur nota ϟ vel ut alii pingunt, υι. quæ κόππα vocatur. vid. Voss. lib. 1. de arte Gramm. p. 9. Tertia centurias complectitur à ρ' seu centum ad finem usque Alphabeti, & pro 900. hoc assumit signum ϡ, quod σὰν πῖ dicitur. Voss. l. c. p. 106. Quæ autem excedunt, ut mille, bis, ter vel quater mille &c. per α. β. γ. subscripta virgula notantur. Tertia numerandi ratio certis quibusdam literis, quarum sex, Ι. Π. Δ. Η. Χ. Μ. absolvitur. Inter has Ι. unitatem: Π πέντε. Δ δέκα. Η ἑκατὸν. Χ χίλια. Μ.

μύρια

μύρια denotant. Observa quoque Literam Π. quæ indicat πέντε, quinque posteriores quatuor ΔΗΧΜ solere includere & multiplicandi Numeri per quinque indicium esse E. g.

Δ quasi πεντάκις δέκα ./ 50.
Η quasi πεντάκις ἑκατὸν ./ 500.
Χ quasi πεντάκις χίλιοι. ./ 5000.
Μ quasi πεντάκις μύριοι. ./ 50000.

Vide Priscian. vel quisquis est auctor libri de Ponder. & Mensur. item Vossium de Scient. Mathemat. p. 33. seq. Gyrald. Dialogis. III. ap. Gruter. Tom. II. Lamp. p. 381. seqq. Append. ad Scapulæ Lexicon p. 170. seqq. &c.

Numeralia Indeclinabilia à quinque inclusivè usque ad Centum.

	1.	α.	I.	
	2.	β.	II.	
	3.	γ.	III.	
	4.	δ.	IIII.	
πέντε.	5.	ε.	Π.	V.
ἕξ.	6.	ς.	ΠΙ.	VI.
ἑπτά.	7.	ζ.	ΠΙΙ.	VII.
ὀκτώ.	8.	η.	ΠΙΙΙ.	VIII.
ἐννέα.	9.	θ.	ΠΙΙΙΙ.	IX.
δέκα.	10.	ι.	Δ.	X.
ἕνδεκα.	11.	ια.	ΔΙ.	XI.
δώδεκα.	12.	ιβ.	ΔΙΙ.	XII.
τριακαίδεκα.	13.	ιγ.	ΔΙΙΙ.	XIII.
τεσσαρακαίδεκα	14.	ιδ.	ΔΙΙΙΙ.	XIV.
πεντεκαίδεκα.	15.	ιε.	ΔΠ.	XV.
ἑκκαίδεκα.	16.	ις.	ΔΠΙ.	XVI.

ἑπτα-

ἑπτακαίδεκα.	17.	ιζ.	ΔΠΙΙ.	XVII.
ὀκτωκαίδεκα.	18.	ιη.	ΔΠΙΙΙ.	XIIX.
ἐννεακαίδεκα.	19.	ιθ.	ΔΠΙΙΙΙ.	XIX.
εἴκοσι.	20.	κ.	ΔΔ.	XX.
εἴκοσι ἕν.	21.	κα.	ΔΔΙ.	XXI.
δύο.	22.	κβ.	ΔΔΙΙ.	XXII.
τρία.	23.	κγ.	ΔΔΙΙΙ.	XXIII.
τέσσαρα.	24.	κδ.	ΔΔΙΙΙΙ.	XXIV.
πέντε.	25.	κε.	ΔΔΠ.	XXV.
ἕξ.	26.	κϛ.	ΔΔΠΙ.	XXVI.
ἑπτά.	27.	κζ.	ΔΔΠΙΙ.	XXVII.
ὀκτώ.	28.	κη.	ΔΔΠΙΙΙ.	XXVIII.
ἐννέα.	29.	κθ.	ΔΔΠΙΙΙΙ.	XXIX.
τριάκοντα.	30.	λ.	ΔΔΔ.	XXX.
τεσσαράκοντα.	40.	μ.	ΔΔΔΔ.	XL.
πεντήκοντα.	50.	ν.	𐅄.	L.
ἑξήκοντα.	60.	ξ.	𐅄Δ.	LX.
ἑβδομήκοντα.	70.	ο.	𐅄ΔΔ.	LXX.
ὀγδοήκοντα.	80.	π.	𐅄ΔΔΔ.	LXXX.
ἐννενήκοντα.	90.	ϟ. οι.	𐅄ΔΔΔΔ.	XC.
ἑκατόν.	100.	ρ.	Η.	C.
διακόσια.	200.	σ.	ΗΗ.	CC.
τριακόσια.	300.	τ.	ΗΗΗ.	CCC.
τεσσαρακόσια.	400.	υ.	ΗΗΗΗ.	CCCC.
πεντακόσια.	500.	φ.	𐅅.	D. Iↄ.
ἐννακόσια.	900.	θ.	𐅅ΗΗΗΗ.	DCCCC.
χίλιοι, αι, α.	1000.	,α vel ά	Χ.	M. cIↄ.
δισχίλια.	2000.	,β.	ΧΧ.	II.
τρισχίλια.	3000.	,γ.	ΧΧΧ.	III.
τετρακισχίλια.	4000.	,δ.	ΧΧΧΧ.	IV.

πεντακισχίλια.	5000.	ε.	X̄.	V.Iↄↄ.
ἑξακισχίλια.	6000.	ϛ.	X̄X̄	VI.
ἑπτακισχίλια.	7000.	ζ.	X̄X̄X̄.	VII.
ὀκτακισχίλια.	8000.	η.	X̄X̄X̄X̄.	VIII.
ἐννακισχίλια.	9000.	θ.	X̄X̄X̄X̄X̄.	IX.
μύριοι, αι, α	10000.	ι.	M̄.&c.	X.ccIↄↄ.

Numeral. Ordinal.

Πρῶτος.	Primus.
δεύτερος.	Secundus.
τρίτος.	Tertius.
τέταρτος.	Quartus.
πέμπτος.	Quintus.
ἕκτος.	Sextus.
ἕβδομος.	Septimus.
ὄγδοος.	Octavus.
ἔννατος.	Nonus.
δέκατος.	Decimus.
ἑνδέκατος.	Undecimus.
δωδέκατος.	Duodecimus.
τρισκαιδέκατος.	Decimus tertius.
τεσσαρεσκαιδέκατος.	Decimus quartus.
πεντεκαιδέκατος.	Decimus quintus.
ἑκκαιδέκατος.	Decimus ſextus.
ἑπτακαιδέκατος.	Decimus ſeptimus.
ὀκτωκαιδέκατος.	Decimus octavus.
ἐννεακαιδέκατος.	Decimus nonus.
εἰκοςὸς.	Vigeſimus.
εἰκοςὸς πρῶτος.	Vigeſimus primus.

εἰκο-

εἰκοςὸς δεύτερος	& sic	Vigesimus secundus.
τριακοςὸς.	(deinceps	Trigesimus.
τεσσαρακοςός.		Quadragesimus.
πεντηκοςός.		Quinquagesimus.
ἑξηκοςός.		Sexagesimus.
ἑβδομηκοςός.		Septuagesimus.
ὀγδοηκοςός.		Octogesimus.
ἐννενηκοςός.		Nonagesimus.
ἑκατοςός.		Centesimus.
διακοσιοςός.		Ducentesimus.
τριακοσιοςός.		Tercentesimus.
ἐννεακοσιοςός.		Nongentesimus.
χιλιοςός.		Millesimus.
δισχιλιοςός.		Bismillesimus.
μυριοςὸς *Plato*	decies	millesimus.

Distribut.

ἅπαξ.	semel.
δὶς.	bis.
τρίς.	ter.
τετράκις.	quater.
πεντάκις.	quinquies.
ἑξάκις.	sexies.
ἑπτάκις.	septies.
ὀκτακις.	octies.
ἐννάκις.	novies.
δεκάκις.	decies.
ἑνδεκάκις.	undecies.
δωδεκάκις.	duodecies.

τρισκαιδεκάκις.	tredecies.
τεσσαρεσκαιδεκάκις.	quaterdecies.
πεντεκαιδεκάκις.	quindecies.
ἑκκαιδεκάκις.	ſedecies.
ἑπτακαιδεκάκις.	decies ſepties.
ὀκτωκαιδεκάκις.	decies octies.
ἐννεακαιδεκάκις.	decies novies.
εἰκοσάκις.	vicies.
τριακοντάκις.	tricies.
τεσσαρακοντάκις.	quadragies.
πεντηκοντάκις.	quinquagies.
ἑκατοντάκις.	centies.
διακοσιάκις.	ducenties.
χιλιάκις.	millies.
δισχιλιάκις.	bismillies.
μυριάκις.	decies millies.
δυσμυριάκις.	vicies millies. &c.

NB. Si quæ forte in illa pagina, qua citantur ſe non offerent, proxime inſequentem inſpicere B. L. non gravabitur. Quod uti de utroque indice, ita de paginis tum in ipſo textu, tum ad marginem notatis intelligendum.

INDEX

INDEX
VOCUM GRÆCARUM.

Τὸ Α.

Cujus usum multiplicem & Compositionem vid. pag. 3.4.5.6.7.8.9. & seqq.

δέομαι

τὸ Ε.

θερα-

ἰχθὺς

κέραι-

μετα-

τὸ N.

ναύτης

οἰονεὶ

πελήκαν

πλήσσω

προ-

σκάπτω

φυγὴ

ὠλείη

INDEX GRÆCUS.



INDEX

INDEX
LATINARUM VOCUM
è Græcis redditarum.

Arceo

πρε-

σκάπτω

τιμȣ̃ν-

τὸ Υ.

ὕννος

φυγὴ



INDEX

INDEX

LATINARUM VOCUM

è Græcis redditarum.

Curo

Erigo

Infle-

Munio

Pars

Som-

L A T I N U S.

SOLI DEO LAUS ET GLORIA!



